



ABS. I. 76.60

$$\begin{array}{r} \times 164 \\ \hline 1302 \end{array}$$











ARTVRI JON ST ONI
Medici Regii
PSALMI DAVIDICI,

AMSTELAEDAMI.
Exudit FRANCISCUS HALMA.



THE
LITERARY
MAGAZINE
AND
JOURNAL
OF
EDUCATION,
SCIENCE,
ART,
LITERATURE,
AND
POLITICS.

EDITED BY J. R. GREEN,
AND PUBLISHED MONTHLY.

ARTURI JONSTONI
SCOTI
PSALMORUM
DAVIDIS
PARAPHRASIS
POETICA,

nunc demum castigatius edita.



AMSTELAEDAMI;

Typis FRANCISCI HALMAE. Typogr.
cIcIccvi.

ИТОГИ ОЧЕДЫ
СОВЕТСКОГО
СОЮЗА
ПОДДЕРЖАЛИ
СИЛЫ АКТИВА
ПОДДЕРЖАЛИ

СОВЕТСКОГО СОЮЗА

СОВЕТСКОГО СОЮЗА
СОВЕТСКОГО СОЮЗА
СОВЕТСКОГО СОЮЗА
СОВЕТСКОГО СОЮЗА
СОВЕТСКОГО СОЮЗА

СОВЕТСКОГО СОЮЗА
СОВЕТСКОГО СОЮЗА
СОВЕТСКОГО СОЮЗА

Viro Nobilissimo
JANO BROUKHUSIO
amicorum & poëtarum optimo maximo
S. D.
DAVID HOOGSTRATANUS.

Quum est, Vir Nobilissime, ut tibi inscribam hunc libellum, ad quem castigatius emitendum me ipse hortatus es, captus scilicet concinnitate, quam ibi residere videbas, & satagens publicae utilitatis, quae exigit ut ingenua adolescentia non solum elegantiam Romani sermonis & eloquentiae affectet, lectionique bonorum scriptorum adsuescat, rejectis impuris & barbaris nugis, & in tempore abhorrere discat atumida illa scribendi ratione,

qua hac tempestate homines delectari videntur: sed etiam pietatem fideliter imbibat, seque his extremis temporibus praeceptis salutaribus confirmet, quorum Psalmi largam certe exhibent copiam. Te quidem juvat saepe afflictam valetudinem, uti ingravescens aetas ferax est morborum; solari his divinis cantilenis; positum in solitudine vitae rusticae, quae longe remota est a lubrici orbis vanitate. Servet Deus, omnis boni fons, animum tibi serenum, & aptum sanctitati studiorum tuorum, faciatque ut diu mihi liceat gaudere fructibus amicitiae, qua tot jam annos me dignatus animum meum tibi plane devinxisti, totumque tuum redidisti.

D A-

DAVID HOOGSTRATANUS

L E C T O R I
S. D.



Rturi Jonstoni, Medici Regii in Scótia, quo mea sententia in illis oris nemo post Buchananum, facundissimum virum, melius, tersius, aut concinnius scripsit, Psalmos Davidicos reduco in lucem, Lector φιλόμυστε. Cum enim mirum in modum caperer felici poëtandi ratione, qua briviter & sine ulla circuitione tantas res complexus est, non imminuta sententiarum gravitate, legentiumque animum contra omnem satietatem & fastidium munivit, dolebam profecto non inveniri hujus libelli exempla, nisi prorsus defodata & mendis scatentia. Quare auctor fui Francisco Halmae ut novam edi-

tionem adornaret. Nec defuit ille desiderio meo, suavissimum hoc opusculum ita procurans, ut charactere novo nitidaque charta expressum facile posset circumferri. Et circumferri certe, & in numero bonorum librorum collocari erat necesse, quod nihil sit utilius homini ingenuo & bonas literas edocto, quam crebro versari in divina hac philosophia, quae optima etiam humanae sapientiae praecepta longo post se relinquit intervallo. Quid enim utilius est quam hic velut in tabula contemplari infinitam Dei bonitatem cum summa prudentia conjunctam? Quid utilius est quam crebro meditari illum diem, quo ad tribunal supremi Judicis reddenda erit ratio totius vitae? Denique quid sanctius, quam in Deo solo collocare spem suam, ideoque omnia illa nihili ducere, quae vulgus bona existimat, neque animo cadere in rebus adversis, quando hic docemur adversa atque incommoda, quibus affluit vita humana, non esse ha-

ΙΝΟΤΑΙΟΥ ΙΩΤΑ.

habenda in numero malorum? Discē
ergo hinc cūm fructū tibi viām mu-
nire ad veram virtutem, quae non ali-
bi rectius veris coloribus depingitur,
quam in his hymnis. Hos, si sapis,
numquam de inanibus depones.



A R³

ARTURI JONSTONI ELEGIA

Ad Lectorem.

FOrte quod hic stupeas (quid enim manifesta negemus?)

Et quod reprehendas candide Lector habes;

Iliadem magni nemo tentavit Homeri,

Nemo retractavit grande Maronis opus.

Finxit Alexandrum Lyssippus, pinxit Apelles:

Artificum reliquas respuit ille manus.

Cur ego Grampigenae relego vestigia vatis?

Cur Buchananae fila resumo lyrae?

Hanc neque quam pulsat numerosa Pindarus
arte;

Teia nec supereret, nec Venusina chelys.

Hinc mihi nec laudem quaero, nec praemia
captor;

Est Musae potius poena timenda meae.

Dum Jove prognatam solers imitatur Arachne,
De trabe sublimi triste pependit onus.

Dumque puer Clymenes currus agitare paternos

Non dubitat, coeli pronus ab arce ruit.

Stultus & Æolides, dum non imitabile fulmen
Arte refert, missa desuper igne perit.

Et Satyrus Phoebum, Musas dum provocat
amens

Evip-

ARTURI JONSTONI

Evippae soboles, crimen uterque luit:
Non ego cum Superis contendō: sed area
vates

Quam terit hic, nostris est minus apta rotis.
Ne pete quae fuerit tam vani causa laboris:
Se Clario quisquis proluit amne, furit.
Ah liquor hic populos, qui Phoebi castra se
quuntur

Fascinat, & memores non sinit esse sui.
Si tamen haud meruit, veniam furor accipo
causam,

Invida quae Momo forsitan ora premet.
Cinxit Jessiāden Buchananus veste, pyropis
Quae simul & coco nobiliore nitet.
Haec, ego quam dono, nec gemmis picta nec
ostro est,

Tota sed, ut cernis, stamine texta rudi.
Rex erat & vates hic cui servimus: amictus
Et regi & vati non satis unus erat.
Apta paludato Buchanani purpura regi est,
Regibus aut si quid grandius orbis habet.
Nil mihi cum sceptris; ego do velamina vati;
Hunc decuit cultu simpliciore tegi.
Induit Abiades Tyrio pro murice setas;
Seque gregis nivei veillere texit Amos.
Adde quod hac nostra vivet Buchananus
opella,

Clarius & solito sparget in orbe jubar.
Splendidius stellas nitet inter Luna minores;
Et violae lappis, & rosa juncta rubis.
Non ego dediguor, yictus si dicar ab illo,

Qui

IVENTL. E. G. I. U. A. R. A.

Qui radiis implet Solis utramque domum.
Cui gens Ausoniae prius, & cum Teutone
Gallus

Cessit, ab hoc vincì cur ergo turpe putem?
Quem pudet Æacidae fatali cuspide, magni
Quem piget Æneae succubuisse manu?
Hoc ego me solor, me quod post terga re-
linquat

Musa Caledonii nata sub axe poli.
Quo fulget mihi terra, parens, patriaeque Ca-
moenae,

Non mea dedecorat plectra, sed ornat
honos.

Q
H
O



P S A L M U S I. & II.

P S A L M U S I.

Beatus vir, qui non abiit, &c.

- F**elix, consilio qui nec seductus iniquo
Per scelus impuro cum grege carpit iter.
Nec, quibus impietas insistit, passibus hæret,
Nec posticatum sanna sedile premit;
2 Mente sed ætherei meditatur justa Parentis,
Seu nox est, roseo seu micat axe dies.
3 Arboris in morem surget, felicibus auris
Quæ viret ad ripam lenè fluentis aquæ,
Cui tempestivis curvantur brachia pomis,
Nullaque vernantes decutit aura comas.
Illi adspirans votis clementia coeli
Omnia propitio sidere copta reget.
4 Non ita gens exlex, paleæ sed solibus ustæ
Instar erit, volucri quam rotat orbe Notus.
5 Judicis hæc solium fugiet, coetumque piorum,
Ultima cum dirimet fasque nefasque dies.
6 Nam probat astrorum rector vestigia justi,
Diraque cum domino fraus peritura suo est.
- P S A L M U S I I.
- Quare fremuerunt gentes ? &c.*

- C**ur populus sine lege frenuit? Cur mente volutat.
Non profecturas turba nefanda minas?
2 In Dominum, regemque, caput cui tinxit olivo?
Dextra patris, bellum gens trabeata parat.
3 Eia alacres, ajunt, nodos rumpamus ahenos,
Nos quibus hi stringunt, impedinntque pedes.
4 Hæc pater æthereus superâ ridebit ab aulâ,
Accedent sannis ira furorque comes.
5 Frenaque dans iræ trepidos Deus obruet hostes,
His & corripiet peccatora cæsa modis:
6 Sacra meo regi succo viridantis olivæ

A

Ter,

PSALMUS II. & III.

- 2 Tempora perfundens sceptra ferenda dedi.
Sceptra dcdi regnique decus, sanctæque Sioni
 Imposui, sacris præposuique jugis.
7 Eloquar edictum, Tu filius es mihi, luce
 Hac ego te genui, munera posce patrem.
8 Hæredi tibi regna dabo, gentesque subibunt
 Imperium, tellus ultima quotquot habet.
9 Has tua vis olim sceptro ferroque potenti
 Franget, ut e vili vascula ficta iuto.
10 Eia agendum, quæ regna tenes, quæ jura ministras
 Natio, quam fas est carpere, disce viam.
11 Iusta facies Dei, mens hoc lætetur honore,
 Temperet obsequium, lætitiamque timor.
12 Oscula de Nato, subitam ne colligat iram,
 Quæ tibi perniciem quantulacunque feret.
Felicem nimium quisquis securus in illo
 Spem locat, & solam Numinis ambit opem.

PSALMUS III.

Domine quam multiplic. &c.

- A H, Deus, hostiles quantum crevere phalanges !
Agmina me contra quam numerosa ruunt,
2 Quem colis infelix, aiunt, tibi conditor orbis
 Non feret optatam, cum premet hostis, opem.
3 Tu tamen umbo mihi es, Deus, & largirishonorem
 Tu caput erectum ferre sub astra jubes.
4 Te petii suppplex, auditæ rebus in arctis
 Supplicis è sacrâ rupe fuere preces.
5 Sunt mihi securo sub noctem niembra quieti
 Tradita, securo mane soluta quies.
6 Tu Deus adstabas: non te custode timebo,
 Me licet invadant tela quot orbis habet.
7 Surge parens, dextraque iuva, quæ cæde madentum
 Innocua malas fregit & ora ducum.
9 Tu gregis es tutela sacri, semiperque benignus
 Indulges populo tempora latta tuo.

P S A L M U S . I V .

Cum invocarem exaudivit , &c.

Luce tuâ qui pura facis , qui candida cernis
Pectora , quæ fundo suscipe vota Deus.

Quamque mihi duris in rebus sæpe tulisti,

Nunc prece susceptâ mitte benignus opem.

2 Gens hominum quid te pascis mendacibus umbris
Opprobrio nostrum quo decus usque petes?

3 Elegit fulcitque pios pater ætheris alti,
Ne dubita , quaestus audiet ille meos.

4 Hunc metuens desiste malis , & nocte silenti
In mentem tacitus facta diurna refer.

5 Victima sit peccus sine fuco , teque malorum
Ductibus in mediis & tua crede Deo.

6 Quas sitit , optet opes vulgus , tu lumine coeli ,
Ore tuo nobis da , pater alme , frui.

7 His ego plus lator , quam gens addicta saginæ ,
Cui penus est locuples , dolia plena mero.

8 Ergo toro recubans placido dabo lumina somno ,
Et secura tuo numine testa colam.

P S A L M U S V .

Verba mea auribus percipe , &c.

MAgne parens , tellus Dominum quem suspicit , audi
Quæque premo tacitus , quæque sub astra fero.

2 Annue quæsitis , Deus & Rex , perpetè voto
Tu mihi præ cunctis sollicitandus eris.

3 Mane novo supplex oculos ad sidera tollam ,
Mane novo facili quae loquar aure trahes.

4 Tu noxam refugis , qua delectantur iniqui ,
Gentis & impurae crimina ferre nequis.

5 Grande supercilium te coram fastus inanis
Exuet: odisti tu Deus omne nefas.

6 Ibit in exitium mendax , invisaque turpis
Fraus erit , & socii tincta crux manus.

7 Sed patre te fretus sacras ego volvar ad aras

P S A L M U S VI.

- 1 Cernuus, illustres sternar & ante pedes.
 2 Hostibus expositum, sons omnis & arbiter aequi,
 Dirige, suspectae duxque comesque viae.
 3 His pariunt mellita dolos labra, putre sepulcrum
 Guttur olet, pectus carnificina mali est.
 4 Perde reos, pereatque suis gens impias technis,
 Quae fuit & praeceps in scelus omne ruit.
 5 Gestiat interea te qui securus in uno
 Spem locat, & numeris mulceat astra novis.
 6 Gaudia concipiatur coelesti Numine tutus
 Vir pius, & quisquis flagrat amore tui.
 7 Tu Deus, objecto clypeo tutabere justos,
 Hostis & a furiis insidiisque teges.

Tunc ad Psalmus VI.

Domine, ne in furore tuo, &c.

- 1 NE, rerum Deus alme sator, me corripe, freno-
 Dum furor excuslo saevit & ira fremit.
 2 Parce laboranti, dextramque salutifer aegro
 Porridge, dum mentem lassat & ossa dolor.
 3.4 Quo trahis usque moram? Lethum pulsurus, amoris
 Si memor es patrii, te mihi redde pater.
 5 Sensus abest tumulis, nec te cantare silentes,
 Dicere nec laudes flebilis umbra potest.
 6 Flens ego defeci toties, noctenique fatigans,
 Implevi lacrimis triste cubile meis.
 7 Ex oculis fugitivam aciem, cava lunaina, risus,
 Pro dolor, hostiles inter & arma vides.
 8.9 I procul impietas; me, qui regit aetheris axes,
 Audiit, & porro ipes jubet esse ratas.
 10 Hostica gens perculsa metu, suffusa rubore,
 Versa dabit subitae terga pudenda fugae.

PSAL-

P S A L M U S VII.

Domine, Deus meus, in te, &c.

- S**PES mihi tu vita, vitam Deus eripeletho,
Impia de jugulo tela repelle meo.
- 2**Affer opem, ne me lanient impune tyranni,
Sanguineus miseram ceu leo frangit ovem.
- 3**Si clandestini deprendar criminis auctor,
Vel mihi, te vita judice, dextra rea est;
- 4**Si male mulcavi socios mihi foedere junctos,
Et nisi sensit opem gens iuimica meam,
- 5**Me premat hæc, captoque ferox stratoque triumphet,
Et calcet pedibus, turpet & ora luto.
- 6**Ultor ades, tandemque suos furor exerat ignes,
Hostica frange vigil spicula, frange dolos.
- 7**Tum tua maiestas populis cingetur, & alto
Aureus è folio jura tremenda dabis.
- 8**Me tibi jam sisto, famulum, Deus, adspice, causa
Si bona, si nullo fulta querela dolo est.
- 9**Pectora qui penetras & lynceus abdita cernis,
Juste Deus justos erige, perde malos.
- 10**Es mihi tu clypeus, vacuas tu criminis mentes
Protegis, odisti tu sine fine nefas:
- 11****12.** Inque reluctantis acuis, quo cingeris, ensem.
Lævaque fert arcum, missile dextra tenet.
- 13**Tela necem stragemque dabunt; his turba peribit
Impia, quæ fastu me petulante premit.
- 14**Parturit hæc noxam, sterili sed credidit arvo
Semina, nec præter somnia vana metet.
- 15****16.** In foveam molita dolum se condidit audax,
Ulta sed est subito facta ruina nefas.
- 17**Ergo canam justumque Deum, dominumque potentem:
Carminis hæc semper summa futura mei est.

6 P S A L M U S V I I I . & I X .

P S A L M U S V I I I .

- *Domine Dominus noster, &c.*

- Quàm tuá, cœlicolum rex, implèt gloria terras !
Sidereas quantum transvolat illa domos !
- 2 Ipsa tuum passim lactens infantia robur,
Hostis ut obstupeat, quo licet ore canit.
- 3 Dum digitis cœlata tuis laucaria cœli
Conspicor, & lunam, sidereasque fices,
- 4 Quantula gens hominum res est, quam mente recondas ?
Quantula quam visas genitrix oriunda luto ?
- 5 Hunc tua cœligenis aquavit pene ministris
Dextera, & illustri cinxit honore comas.
- 6 Illius, omnipotens quidquid manus intulit orbi,
Jusisti nutus impeiiunque seqni.
- 7 Accepere jugum pecudes, armentaque passim
Bucera, quæque colunt invia iusta feræ,
- 8 Quæque viam supra carpit per inane volucris,
Quique sub hac gaudet finderc piscis aquas.
- 9 Quam tua, cœlicolum rex, implèt gloria terras !
Sidereas quantum transvolat illa domos !

P S A L M U S I X .

Confitebor tibi Domine, &c.

- P Ectorete toto recolam, te voce canorâ,
Factaque per populos suspicienda feram.
- 2 Gaudia, te spectans, carpam sine fine, modoque,
Exultans cytharâ te, pater alme, canam.
- 3 Territa, te coram, verso gens hostica tergo
Corruit, & gelidam cæsa momordit humum.
- 4 Te coram lis acta mihi est, te judice vici;
Sunt comites solii jusque fidesque tui.
- 5 Increpuit gentesque furor tuus obruit, ipsa
Jussit & æternâ nomina nocte premi.
- 6 Nunc eat & populi clades gens hostica, versa

Maenalia.

P S A L M U S X.

7

- Mœnia, de fastis oppida rasa canat.
7. 8. At solium sine fine Deo est, qui legibus æquis
Semper & augusto numine cuncta regit.
- 9 Rebus in afflictis hic murus aheneus, arcus
Hic inopi, noxam cum, timet, instar erit.
- 10 Ergo, Deus, te qui noscet, te fidet amico,
Qui renuis nulli, quam prece poscit, opeim.
- 11 Pangite quos meruit Solymam qui protegit hymnos,
Gestaque per populos fama loquatur anus.
- 12 Ille memor fuso repetit pro sanguine poenas,
Nec miseri suidâ respuit aure preces.
- 13 Tu, Deus, affer opem, quibus implicor, adspice fluctus.
Mors prius est, memini, te duce, victa mihi.
- 14 Sic ego te, laudesque tuas, partainque salutem
Sublimi Solymæ latus ab arce canam.
- 15 Scilicet ipsa suis gens subdola cassibus hæsit,
Et scrobe, quam fodit contumulata jacet.
- 16 Hæc recolenda Deus raræ monumenta reliquit
Justitiam, prendi dum jubet arte dolum.
- 17 Numinis immemores populos, sceleumque ministros
Præcipites tellus sub pede iupta trahet.
- 18 Nulla sed afflictos mergent oblia, numquam
Successu miserum spes caritura suo est.
- 19 Surge Deus, viator ne tollat homuncio cristas,
Imperi populos sub juga coge tui.
- 20 Incute terrorem vindex, coeloque rebellis
Progenies fictam se sicut esse luto.

P S A L M U S X.

Ut quid Domine recessisti? &c.

- Q**UÒ, Deus, abscedis? Rerum tutela mearum,
Cur pater, in mediis subrratis ora malis?
- 2 Impius, ah, tenuem fastu premit usque nefando,
Consiliis pereat qui, precor, ipse suis.
- 3 Quod cupid, hoc jactat scelus, & dum palpat avarum,
Hunc in deliciis, quem Deus odit, habet.
- 4 Dum que supercilie coelestia despicit alto.

A 4

Ncc

- Nec quærit tumidus, nec putat esse Deum.
 5 Ex voto dum cuncta fluunt, & criminis ulti
 Stat procul, hostiles non timet ille manus.
 6 Quas, ait, incurruunt alii ridebo ruinas
 Incolumis, rerum despiciamque vices.
 7 Os dolus & fraudes armant, convicia linguam.
 Mille sub hac pestes, mille venena latent.
 8 Sueta latrocino passim per opaca viarum
 Sævir, & innocuo sanguine dextra rubet.
 9 Quemque voret fixis oculis designat egenum,
 Inque suos casses, insidiasque trahit.
 Sic leo, quam torvo conspexit lumine, pterdam
 Involat, & laceram sævus in antra rapit.
 10 Sæpe necem, clademque parans blanditur, & atram
 Ingluviem, miseros dum vorat, arte tegit.
 11 Te Deus, immemorem gens hæc & lumine cassum,
 Et vacuum cura pectus habere putat.
 12 Exorere & valida miseros, pater, affere dextra,
 Eluat os animo nulla senecta tuo.
 13 Impietas impunè tuas cur provocet iras?
 Numinis ultrices cur neget esse manus?
 14 Quæ patimur tu damna vides & mente recondis,
 Aptaque vindictæ dextera tela gerit.
 Præsidio tenuem, tutelâ proregis orbum,
 Sentit urerque tuam, dum furit hostis, opem.
 15 Perde truces, scelerum caesis auctoribus, ipium
 Perde nefas, sceleri ne sit in orbe locus.
 16 Tu sceptrum sine fine geris, gens impia pessum
 Ibit, & ex imâ stirpe recisa ruet.
 17 Supplicis exaudis gemitus & pectora firmas,
 Et pronus miseri suscipis aure preces.
 18 Tu Deus afflictos, patribus tu protegis orbos,
 Hostica nec quisquam, te duce, tela timet.

P S A L M U S XI.

In Domino confido, &c.

- N Umine cut fretus jubeor juga linquere nota,
 Ut volucris trepido cum fugit icta metu?
 2 Impius en arcum sinuat, sociataque nervo

P S A L M U S XII.

9

- Per scelus, infontem cæca sagitta petit.
3 Legibus extintis, quo se mens candida vertet?
 Heu pietas quid se quo tueatur habet?
4 At pater omnipotens solio sublimis ab alto
 Adamidum vigili lumine facta notat.
5 Dum probat insontes, odio sectatur iniquos,
 Quosque juvant fraudes bella, rapina, neces.
6 Sulphur in hos & turbo ruent, vibratus & ignis
 Desuper; hæc merces impietatis erit.
7 Nam pater æthereus fons jugis & arbiter æqui
 Jus amat, & placido respicit ore pios.

P S A L M U S XII.

Salvum me fac Domine, &c.

- F**Er, Deus, auxilium; pietas, en adspice, terras:
 Sanctaque simplicitas liquit & alma fides.
2 Quisque per insidias socium fallacibus umbris
 Laetat, & indignis mancipat ora dolis.
 Candor abest omnis, nec menti consona vox est;
 Hæc ubi blanditur, concipit illa nefas.
3 At Deus excindet dulci lita labra veneno,
 Quæ fera jucundo toxica melle tegunt.
 Eruet & linguani vano quæ grandia typho
 Efflat, & ampullis ambitiosa tumet.
4 Obruert artificem sceleris, qui frena pudoris
 Ex utiens, Linguas nunc acuamus, ait.
 Nos penes imperium est linguæ, vocisque potestas.
 Libera quis duros mittat in ora lupos?
5 At Deus excitus miserum clamoribus, Vtor
 Ibis ego suppetias, inquit, opeinque feram.
 Quanique dolis armata premit violenta tyrannis,
 Auxilio pietas tuta futura meo est.
6 Pura Dei vox est, argenti fusilis instar,
 Igne quod admoto septima testa probat.
7 Hostis ab insultu, rerum pater, assere justos,
 Excubialisque sacro pro grege semper age.
8 Impia progenies nos obsidet undique, viles
 Dum sinis & faciem plebis honore frui.

PSAL.

10 PSALMUS XIII. & XIV.

PSALMUS XIII.

Usque quo Domine oblivisceris, &c.

- Q**uo Deus, usque mei capient te *oblivia?* Vultum
Durus & aversus quo, pater, usque teges?
2 Quo miser usque ferar dubius? *Lucesque fatigans,*
Quo dolor, hostilis quo premet usque furor?
3 Adspice res lapsas, facilem da planetibus aurem,
Luce retrospectans da propiore frui.
Optatum mox redde jubar, mili lumina somno
Perpetuo ne mors invidiosa premat.
4 Ne sine fine meis insultet cladibus hostis,
Et me prostrato gens fera cantet Iō.
5 Es mihi tu vita spes & tutela salutis,
Et tuus afflicti pectora lenit amor.
6 Ergo tuas laudes refetam coelestibus hymnis.
Et mihi te facilem propitiumque canam.

PSALMUS XIV.

Dixit insipiens in corde, &c.

- N**uminis extincto sensu gens flulta virorum
In coelo nullum somniat esse Deum.
In scelus omne ruens confundit fasque, nefisque
Perdita, nec justum quem vocet orbis habet.
2 Desuper æthereo prospexit lumine terras
Rcrum opifex, famulam qui pede calcat humum.
Lustravitque genus mortale, ut diceret ecquis
Sensus in orbe foret Numinis, ecquis amor.
3 Sed simul in præceps omnes lymphaticus ertor
Egerat; & scelerum perniciosa sitis.
Fugerat hinc pietas, nec qui sine crimine vitam
Transigeret, de tot millibus unus erat.
4 Plebis an ignorant proceres se sanguine pafci,
Ceu dape, nec superuni solvere vota patri?
5 At Deus infantes clypeo qui protegit, olim

P S A L M U S X V . & X VI .

His quatiet subitō corda profana metu.

6 Hei mihi , consilium ridet gens impia justi ,
Nempe quod in Domino spem locat ille suo.

7 O precor , auxilium sacrâ de rupe Sionis
Fulgeat , & prisco foedere pacta salus.

Vincla Deus reduci populo cum demperit , hymnos
Tollet in astra Sion , Abramidumque domus.

P S A L M U S X V .

Domine quis habitabit in tab. &c.

- T**Elluris , coelique satot , tentoria tecum
Quis tua , quis montis culmina sacra colet ?
- 2** Cui mens labe vacans , legi cui consona vita est ,
Pectora perfidiæ nescia , lingua doli.
- 3** Felle caret , nec obest socio , nec dulcis amici
Nomen in opprobrium ludibriumque trahit.
- 4** Deprimit osorem , cultorem Numinis effert ,
Nec sua sollicitant fallere damna fidem.
- 5** Nec premit usurâ tenuem nec prodere cogit
Innocuos auri pernicioſa fames.
- Hæc quicunque potest , stat nullo mobilis ævo ,
Et colet æternū templū sacrata Deo.

P S A L M U S X VI .

Conserua me Domine , &c.

- P**Ræsidio dextrâque tuâ me protege , tetum
Conditor , in te spes certa reposta mihi est.
- 2** Te , Deus , agnosco dominum , nullius egenum ,
Quem nequeo cultu demeruisse meo.
- 3** Si qua tamen studiosa tui gens luminis aurâ
Vescitur , hanc studio prosequor usque pio.
- Altius humanis si quis caput extulit , illum
Dulce mihi est famulâ sustinuisse manu.
- 4** At spteto quicunque Deo simulacra deorum
Muta colunt , poenas , quas meruere , luent.

Absit

72 · P S A L M U S X V I I .

- Absit ut his sociem coeptis immanibus aras ,
 Nostra vel infando dextra crux litet.
 Absit ut haec memorans os se contaminet , aures
 Absit ut offendant uomina lœva meas.
- 5 Summa meæ fortis Deus est , custosque fidelis ,
 Sufficit hic largâ præmia læta manu.
- 6 Hæredi mihi signat agrum , qui mille renidens
 Lautitiis , domino gaudia mille parit.
- 7 Tolletur me vate Deus super ætheris orbes ,
 Hujus ego nitu consilioque regor.
- Hujus & afflatus sacras præcordia flamas
 Concipiunt , pulsâ nox ubi luce redit.
- 8 Hunc oculis , hunc mente fero sine fine , ruina ,
 Hic modò sit dexter , nulla timenda mihi est.
- 9 Gestiet ergo mihi mens & cum pectori lingua ,
 Nec deerit tumulo spes animosa meo.
- 10 Nam neque permittes animam , pater alme , tenebras
 Inter in infernâ ducere valle moras.
- Nec tibi dilectum tumuli sub fornice putres
 Pulveris in sordes durus abire sines.
- 11 Ad tua securum me duces atria , passus
 Tu face cœlesti per loca sancta reges.
- Mille tuos vultus comitantur gaudia , vitæ
 Delicias omnes dextra perennis habet.

· P S A L M U S / X V I I .

Exaudi Domine justitiam , &c.

- S Ancte parens aurem justis adverte querelis ,
 Votaque suspecti suscipe pura doli.
- 2 Quod jus fasque jubent tandem decerne , sereno
 Äquius & è folio desuper aqua vide.
- 3 Tu , Deus , egisti censuram , noctis in umbrâ ,
 Pectoris & judex interioris eras.
- Nil tamen hic acies tua noxæ repperit , ori
 Scilicet injecti stricta lupata meo.
- 4 Legis ad obsequium satago dum flectere mores ,
 Quas teneant didici vilque dolusque vias.

- 5 Ne mihi quam monstras linquatur semita vitæ,
Ne pede vacillem, tu Deus usque præi.
- 6 Te, Deus, oravi, te tangent vota precantis;
Auscultans famuli fac rata vota tui.
- 7 Da mihi te facilem, famulos qui vindice dextrâ
Protegis, hostiles cùm cecinere tubæ.
- 8 Me tege pupillam veluti, me conde sub alis,
Præsidii tutum præster ut umbra tui.
- 9 Undique me cingit crudelis & ingruit hostis,
Hic gazas, jugulum per scelus ille petit.
- 10 Omnibus ora nitent, turgent abdomine ventres,
Ipsaque, dum spirant funera, verba tument.
- 11 Quà feror, observant gressus, instantque premuntque,
Utque vorent, sævo lumine facta notant.
- 12 Sic cervum vestigat hians immane leæna,
Sic oculo pastus insidiante legit.
- Non aliter capream de rupe leunculus altâ
Signat & observat, quà fugit illa, viam.
- 13 Surge, Deus, præverte netas, quod parturit hostis
Impius, hunc misio fulmine dede neci.
- 14 Eripe me dextris, quas castigare nocentes,
Aptaque vindictæ spicula ferre jubes.
- 15 Dac, precor, imbellem ne me premat improba mundi
Colluvies, nimias quæ natat inter opes.
- Das illi tellure fiui, dapibusque saginas,
Quas tibi de cornu divite fundit humus.
- Succedit loculis proles numerosa paternis,
Arvaque distinctus fulcat avita nepos.
- 15 Ast ego cùm surgam redivivus, fæce sepulcri
Depositâ, vultu perfruar usque tuo.
- Hac lucem de luce traham, radiosque perennes,
Hic fructus, merces hæc pietatis erit.

P S A L M U S X V I I I .

Diligam te, Domine, &c.

TU mihi delicium es, Rex ô cœlique, solique,
Me tua cœlesti dextera fulcit ope.

2 Tu Deus & vindex & plusquam adamantina rupes,

- Tu columen vita^e præsidiumque mea es.
 Spes mea te clypeo, te solo fudit asylo,
 Durabitque tuo robore fulta salus.
- 3 Te precibus, votisque colam, cui debita laus est.
 Hostis ab infidiis sic ego tutus ero.
- 4 Me dolor obsedit lethi, me terruit ingens
 Gurges, & infandis Lerna referta malis.
- 5 Undique terrificus tumuli circumstetit horror,
 Et laqueis hæsi, mors truculenta, tuis.
- 6 Fluctibus è mediis, & lethi faucibus atris
 Ad Dominum supplex vota Deumque tuli.
- Ille preces humiles superâ suscepit ab aulâ,
 Et facili planctum supplicis aure bibit.
- 7 Mota fuit tellus, nutarunt vertice montes,
 Imaque cum summis plena tremoris erant.
- 8 Naribus efflavit nebulas Dcus excitus irâ,
 Cunctaque flammautes volvit ab ore faces.
- 9 Æthere diducto, solio descendit ab alto.
 Nubila sidereos implicuere pedes.
- 10 Ventorum volucres humeris circumdedit alas,
 Scandit & ætherei flammea terga chori.
- 11 Quaque volat nubes glomerans se condidit umbris,
 Et circumfusis undique texit aquis.
- 12 Ut jubar admovit, cooperunt hilcere nubes,
 Ignem imicare polus, grandine terra quat.
- 13 Ore Deus sacro tonuit, mox grandine mixta
 Fulmina coelesti desiliere domo.
- 14 His jaculis pavidos disjecit & obruit hostes,
 Ultrici geminans ignea tela manu.
- 15 Ut Deus increpuit, pelagi se pandit abyssus,
 Aruit & refugas alveus inter aquas.
- Ut rutilos patulis efflavit naribus ignes,
 Icta metu latebras ima reclusit humus.
- 16 Desuper auxilium tulit, & me mille sepultum
 Fluctibus exerto sustulit ille manu.
- 17 Cumque calcns irâ premeret me fortior hostis,
 Hic mihi de coeli vertice misit opem.
- 18 Stravcrat incautum gens impia rebus in arctis,
 Hic baculo nixum surgere justit humo.

- 19 Carcetis obseptum tenebris eduxit in auras
 Ætheris ; hoc patrii pignus amoris erat.
 20 Præmia concessit recti moderator & æqui,
 Quæ meruit pietas & sine labe manus.
 21 Præbuit obsequium legi sincera voluntas,
 Conscia nec sceleris mensve manusve fuit.
 22 Ante oculos lex semper erat, nec in æquoris undas
 Sculpta Dei digitis justâ tulere Noti.
 23 Mens mihi pura fuit, nec cùm suadetet iniquum,
 Indulsi genio libera frena meo.
 24 Grata Deo pietas mercedem rettulit, insons
 Dextera munificâ mox cumulata manu est.
 25. 26 Te , Deus , agnoscit sanctum pius, integet æquum;
 Purus es & puris , tetricus usque malis.
 27 Tu , pater omnipotens , humilem de pulvere tolles ,
 Ardua coelesti tu pede colla premes.
 28 Tu mihi depelles tenebras , & luce serenâ ,
 Sedibus è superis te radiante, fruar.
 29 Te duce per trumperam validos, quibus implicor , hostes.
 Moenia transiliens , te duce , victor ero.
 30 Recta via est , quamcunque teris , vox fusilis auti
 Æmula ! tu clypei protegis ære pios.
 31 Alme parens , quid te semoto Numinis usquam est?
 Te nisi quid magni maximus orbis habet?
 32 Tu mihi das vires & cingis robore lumbos ,
 Tu sternis faciles per loca cæca vias.
 33 Tu cursu superare levis vestigia cervæ,
 Et juga securum scandere summa jubes.
 34 Tu dextram bellare doces. mihi ferreus arcus
 Rumpitur ; est impar viribus ille meis.
 35 Texisti clypeo , fulcisti robore dextræ ,
 Meque tuus pavit semper & auxir amor.
 36 Pandit iter tutum bonitas tua , neve labaret ,
 Neve vacillaret pes mihi , cura fuit.
 37 Hostibus indixi bellum , cepique fugaces ,
 Nec nisi prostratis patria viâ mihi est.
 38 Vulnera vulneribus cumulans tota agmina ferro
 Maestavi , pedibus mox subigenda meis.
 39 Robore me valido tua cinxit dextra , rebelles .

- Hæc eadem domitos in mea vincla dedit.
 40 Te duce cervices mihi submisete tyranni,
 Impia jussisti dedere colla neci.
 41 Vota Deo strictas inter fuderet secutes,
 Ille sed averrà respuit aure preces.
 42 In cineres verhos Notus abstulit, inque plateis
 Hostica calcavi corpora, more luti.
 43 Tu, Deus, ampla mihi pacato regna dedisti,
 Serviet & sceptris g̃ns petegrina meis.
 44 Offeret obsequium nostris excita triumphis
 Turba frequens, tellus ultima dona dabit.
 45 Fama mei ignotas quatiet formidine gentes,
 Quasque colunt latebras, sepositosque lares.
 46 Vivat honos, nomenque Dei, qui robore mentem
 Firmat, & aternum vivere posse dedit.
 47 Ille mihi vires reparans pessum dedit hostes,
 Subdidit & sceptis colla superba meis.
 48 Tu Deus es vindicta, humilem tu tollis in altum,
 Impia tu populos ponere tela jubes.
 49 Ergo tuos titulos nunc audiet ultima tellus,
 Et mihi perpetuum laus tua carmen erit.
 50 Quem tibi sacrasti, tua servat dextera regem,
 Hæc eadem sobolem cum patre porrò teget.

P S A L M U S X I X.

Cæli enarrant gloriam Dei, &c.

- Numinis inscriptæ titulis sunt ætheris arces,
 Et rerum dominâ regia picta manu.
 2 Lux lucem, noctemque premens nox altera laudes
 Artificis memorant nocte dieque sui.
 3 Non tam seposita est, nec gens tam barbara, voces
 Illarum quae non jugiter aure trahat.
 4 Omnibns astriferâ radii mittuntur ab auiâ,
 Et babit aethcreos ultima terra sonos.
 Adspicis ut solidis surgant palatia gemmis,
 Sol ubi purpureum fundit ab axe jubar.
 5 Sponsi more novi thalamo se tollit Eoo,

Carpit & exultans more gigantis iter.

- 6 Littus in Hesperium roseo dum fertur ab ortu,
Omnia vivifico, quæ volat, igne fover.
- 7 Sed magè flexanima est Domini lex: nescia labis
Expolit hæc mentes fida magistra rudes.
- 8 Æquius hac nihil est, nihil est hæc purius unâ.
Hæc cor lætitia, lumina luce beat.
- 9 Huic pietas est pura comes, lucesque perennes.
Nil habet erroris, nil tegit illa doli.
- 10 Vilius hæc aurum est, quod septimus eliquat ignis,
Dulcia nec tam sunt condita mella favis.
- 11 Lex monet & mentem famuli præmunit, & ampla
Præmia fert quisquis, quod jubet illa, facit.
- 12 Hei mihi caligat mens ad sua crimina: dele
Tu, pater, arcano quæ foveat illa sinu.
- 13 Ne tumeat, sceleri fac ne se mancipet; hydris
Mille repurgatis, sic ego purus ero.
- 14 Suscipe quæ promoto, tacitâ vel mente voluto.
Quod vivo & vigeo, munus id omne tuum est.

P S A L M U S X X.

Exaudiet te Dominus in diebus &c;

- R Ebus in angustis pateant tibi Numinis aures,
Magius & Isacidum sit tua parma Deus.
- 2 Advolet ex adytis cinctus vietricibus armis,
Et ferat è sacrâ rupe Sionis opem.
- 3 Sitque memor, donis qnoties cumulaveris aras,
Donaque promisso deluper igne prober.
- 4 Mollibus adipiret Zephyris & vota secundet,
Sitque ratum quidquid mens sine labe petir.
5. 6 Sic ubi tu voti compos servabere, passim
Vindicis extabunt læta tropæa tui.
Annuet optatis Deus, &, me vate, ministri
Quem sibi sacravit proteget ille caput.
Illiū è superæ sacris penetralibus aulæ
Auris erit votis pervia, prompta manus.
- 7 Ille rotis, hic fidat equis & fortibus armis,

- Supplice nos domino fundimus ore preces;
 3 Illa jacet gens strata solo , nos robore firmo
 Numinis erexit , sustinuitque manus.
 9 Magne parens rerum , patriæ tu protege patrem ,
 Et populi votis annuat ille sui.

P S A L M U S · X X I .

Domine in virtute tua , &c.

- Q**UAM , pater alme , tuo Rex plauder Numine fultus !
 Clamabit quoties , te duce , vitor io !
 2 Tu rata fecisti tacitâ quæ menre poposcit ,
 Vana nec alipedes verba tulere Noti .
 3 Prävertere preces opulentæ munera dextræ ,
 Gemmiferum cinxit cùm diadema comas .
 4 . 5 Ut vitam petiit , vitam sine fine dedisti ,
 Et re perpetuus vindice crevit honos .
 6 Hoc tu felices fecisti rege tribules ,
 Luce tui vultûs gestiit ille frui .
 7 Quaque prius fidit rua semper gratia præsto est ,
 Dirigit & gressus , nec titubare finit .
 8 Præda cadent odiis armati tristibus hostes ,
 Induet & manicas gens scelerata tuas .
 9 Te , Deus , acceuso , scintillans sulphure fornax
 Hauriet hanc , fervens & teget ora cinis .
 10 Arva suas messes , sœtus quoque subtrahet arbor ,
 Et genus ex isto semine nemo trahet .
 11 Scilicet occultâ gens hæc te fraude petivit ,
 Versa sed in sumum fraus truculenta fuit .
 12 Ergò sequestratam meritâ tu cuspidé figes ,
 Strictaque jam vindex spicula nervus habet .
 13 Exere tu vires , æquata potentia coelo
 Carmen erit nobis , laudis & ampla seges .

PSALMUS XXII.

Deus, Deus respice in me, &c.

- A H, Deus ah me cur liquisti ! ululatibus aures
 Cur, procul abscedens, subtrahis usque meis ?
- 2 Te noctu, te luce voco, sed nocte dieque
 Tu famuli durâ uegligis aure preces.
- 3 Ad pia vota, Deus, pelagi tu surdior undâ es,
 Sanctus es ipse tamen, templaue sancta colis.
- 4 Numine sulta tuo Solyme stetit, inter & hostes.
 Te domus Isacidûm vindice tuta fuit.
- 5 Admovere preces, tua juvit dextra precantes,
 Nec spes erubuit Numine nixa tuo.
- 6 Nulla mihi jam forma viri est ; ah reptilis instar
 Calcor, & opprobriis undique mille petor.
- 7 Qui spectator adest, ridet, ringitque, caputque
 Quaslat, & hæc in me sannio probra jacit :
- 8 Ille Deo fidit nunc, cui se credidit ; illi
 Sit deus auxilio, si quid amoris habet.
- 9 Me tamen, alme parens, traxisti matris ab alvo,
 Tu quoque lactenti spes mihi dulcis eras.
- 10 Me tua suscepit nascentem dextera, cunas
 Texit ab insidiis mox tua cura meas
- 11 Ne procul abscedas ; cervicibus imminet hostis ;
 Ah, nisi tu dederis, nil mihi restat opis.
- 12 Mille truces cingunt & limant cornua tauri,
 Quos dape Basanis lauta saginat humus.
- 13 Rictibus horrendi pandunt immanibus ora.
 Trux leo balantes sic rugit inter oves.
- 14 Instar aquæ fluitant artus ; compage solutum
 Liquitur & ceræ cor nihilo more novæ.
- 15 Arefcit ceu testa vigor, vox faucibus hæret,
 Et mihi jam tumulum jussa recludit humus.
- 16 Infesti cinxere canes & sanguine gaudens
 Turba, manus fossas ære pedesque vides.
- 17 Ostia miser numerem, tamen his fera lumina pascit
 Cladibus insultans gens icelerata meis.

PSALMUS XXIII.

- 18 His spolium cessit , me qui velabat , amictus.
Et lis de tunicâ sorte dirempta fuit.
- 19 Spes vitæ , columenque meæ , ne longius absta ,
Quam potes affer opem , nectere parce moras.
- 20 Ensibus infandis , quibus impetor , eripe vitam ,
Circumlarrantes undique pelle canes.
- 21 Dextera fulmineo tua comprimat ora leoni ,
Exuar & cornu monocerota truci.
- 22 Fratribus ergo meis , populi spectante coronâ ,
Ut decet , invicti Numinis æta canam.
- 23 Facta Dei laudent quibus est reverentia coeli ,
Isacidumque tribus , Abramidumque genus.
- 24 Ille nec afflitos est dedignatus , egenis
Ora nec avertit , clausa nec auris erat.
- 25 Illius attollam laudes , & dulce putabo
In medio populi solvere vota choro.
- 26 Se saturabit inops , factum mens Numine freta
Efferet , aternis mox fruitura bonis.
- 27 Accurrent populi memores a finibus orbis .
Seque simul sternet illius ante pedes.
- 28 Ille manu forti rerum moderatur habenas ,
Sceptaque quot Vesper , quotquor & Orrus habet.
- 29 Hunc colet auctorem rebus qui floret opimis ,
Expletus dapibus , lautitiisque meris.
- Proximus & tumulo supplex dabit oscula plantis ,
Hoc sine nam frustra languida membra leves.
- 30 Servier & soboles coelo devota , Deoque
Sub duce , militiæ pars erit una sacrae.
- 31 Discet & ex illâ proles ventura favorem
Numinis & dextræ cuncta regentis opus.

PSALMUS XXIIIL

Dominus reget me , &c.

- Blandus ut upilio me pascit conditor orbis .
Ne mihi quid desit , providus ille caver.
- 2 Dat satur ut recubem pratorum in gramine molli ,
Dicit & ad rivos lene sonantis aquæ.

P S A L M U S X X I V .

21

- Cor recreat, tecisque viam mihi monstrat & aequi,
Illiut laudes laetus in astra feram.
- Non ego degeneti quaterer formidine, lethi
Ante oculos quamvis vallis opaca foret.
- Tu, Deus, es praesto, baculo vestigia firmans
Ne titubem, vires testituisque meas.
- Hoste palam tu das plenis accumbete mensis,
Et mihi regales porrigis ipse dapes.
- Tu caput irroras succo felicis olivæ,
Sufficis & largâ pocula plena manu.
- Me tua defendet bonitas, dum lumine vescar,
Pet salebas gressus dirigit illa meos.
- Inque tuis adytis, retum parer alme, morabor,
Hic ubi perpetuò gaudia lætus agam.

P S A L M U S X X I V .

*Domi*n*i est terra & plenitudo, &c.*

- T**etta Dei est, tertamque sinu qui suscipit, orbis.
Quidquid & indigenum terra vel æquot habet.
- 2** Illius æquoreis terram stabilivit in undis
Dextera, flumineas fixit & inter aquas.
- 3** Quem colit hic ecquis nitatur iiii ardua montis?
Ecquis sacratâ silet in æde pedem?
- 4** Cui manus est insons, cor purum, nescia fastus
Mens, nec perjura est lingua, nec usa dolo,
- 5** Hunc Deus auctor opis donis cumulabit opimis,
Et dabit electo cum grege recta sequi.
- 6** Numinis ore frui quisquis sic anibit & ardet,
Solus hic Abramidum se putet esse genus.
- 7** Pandite jam valvas, princeps & gloria Regum
En subit, æternas pandite templa fores.
- 8** Ecquis hic est regum decus ingens? Robote pollens
Ille triumphali ventilat arma manu.
- 9** Majestas sublimis adest, se sponte petentes
Recludant aditus, excutiantque seras.
- 10** Ecquis adest tantâ rex majestate coruscus?
Hoc rex, qui bello fulminat, ore nitet.

PSAL-

P S A L M U S XXV.

Ad te Domine levavi animam, &c.

- T**E, Deus, observo, mens te mea suspicit unum,
Præsidioque tuo res ego credo meas.
- 2** Numine te fido, nec sit te fidere turpe,
Nec recreet mentes nostra ruina truces.
- 3** Spes te nixa probro sit nulli : dedecus orbis
Sit gens, quæ nullo crimine læsa fremit.
- 4** Alme parcns, da nosse viam, vestigia fulci,
Et face praelata pande salutis iter.
- 5** Dux mihi sis & recta doce, spes unica vitæ
Quâ fruor, eripiet spem mihi nulla dies.
- 6** Ante oculos sit prisca tibi clementia, priscus
Haereat aeternum pectori fixus amor.
- 7** Exoret tua te bonitas, delicta juventae
Haec tegat, & caecâ criminâ nube premat.
- 8** Est justus, comisque Deus ; gens discit ab illo
Devia, quod fugiat, quodque sequatur iter.
- 9** Mens quibus est humilis, mansuetaque pectora, tutæ
Hoc duce, corripiunt, expedientque vias.
- 10** Illius obsequio vitam qui mancipat, illi
Vallat iter fas hinc, Numinis inde favor.
- 11** Da mihi, da foedae veniam, pater optime, culpæ
Te rogo per patrii quidquid amoris habes.
- 12** Quantus hic est qui mente Deum timet ? Auspice coel.
Præside, securam feliget ille viam.
- 13** Gens ignara mali gaudebit pace serenâ,
Incolet & patrios stirps numerosa lares.
- 14** Foedera sancta piis Deus & mysteria coeli
Pandet, & his mentes erudit ipse rudes.
- 15** Jugiter hunc oculis tueor, mihi porrigit ille
Promptus opem, laqueis expedietque pedes.
- 16** Me, Deus, adspecta placidus, miserere jacentis,
Et desolato mox mihi tende manum.
- 17** Ah, mala creverunt & curis mille fagitor,
Tu mala, tu mentis nubila pelle meae.

- 8 Hos quibus infestor, quibus obruor, adspice fluctus,
Er veniam famulo da, pater alme, tuo.
- 9 Mille pharetratas oculis circumspice turmas,
Turgentes odiis, terrificisque minis.
- 10 Eripe me turbis; te solo vindice nitor,
Ne sit dedecori spes mea nixa Deo.
- 11 Me mea defendat pietas & candida virtus,
Et, tua quæ solum respicit ora, fides.
- 12 Tu pater Isacidis, tu murus aheneus esto,
Et sacri clypeus præsidiumque grecis.

P S A L M U S XXVI.

Judica me Domine, &c.

- 1 TE, Deus, appello, vitam qui puriter egi,
Te fidi, stabilis pes mihi semper erit.
- 2 Nunc age censuram, cum moribus excute pectus;
Quidquid & arcanæ peccata labis habent.
- 3 Fixus amor menti tuus est, benefacta putanti
Omne fuit studium, te duce, recta sequi.
- 4 Nec balatro nec vappa levis nec dedita technis
Turba sodalitii pars fuit ulla mei.
- 5 Hunc ego flagitiis vitam qui polluit, odi,
Nec mihi vir nequam fœdete junctus erat.
- 6 Eigo ubi me purâ lustravi fluminis undâ,
Ante tuas aras cum prece thura dabo.
- 7 Hic ego persolvam gtares miracula pandens,
Hic tua te dominum præco sub astra feram.
- 8 Traxit amore sui tua me domus, æmula coelo;
Quæque tuâ semper regia luce nitet.
- 9 Ne me, quâ pereunt fontes, involve ruinâ,
Nec tumidis, sævo cum grege, merge vadis.
- 10 Est illi scelerata manus, corruptaque donis
Dextera venalis per scelus auget opes.
- 11 Hunc ego declinans incedam tramite recto.
Tu modo fer, quam te posco, misericordus opem.
- 12 Legis ad obsequium flectam vestigia, laudes
Et coram populo vox canet alta tua.

24 P S A L M U S XXVII. & XXVIII.

P S A L M U S XXVII.

Dominus illuminatio mea, &c.

- Cur ego formidem? Lux & spes certa salutis
Est Deus, & vitæ firma columna meæ.
2 Barbara gens in me dum rictibus irruit atris,
Poplite succiduo lapsa momordit humum.
3 Non ego ferratas acies, nec stricta timebo
Spicula: coelestis spem mihi fulcit amor.
4 Ore Dei, temploque frui, dum vita manebit,
Summa fuit voti, summa futura mei est.
5 Ille sacris adytis bonus & penetralibus altis
Me teget, & rupis, cum premar, instar erit.
6 Ille, quibus cingor, ducibus me præferet ipsis:
Hunc celebrans aris debita thura feram.
7 Te, Deus, inclamo. facilis, Deus, annue votis,
Meque salutiferâ protege fortis ope.
8 Respice me solùm dixisti. jussa peregi,
Nostra tuo solùm mens avet ore frui.
9 Lumina deflectens famulum ne respue, tristem
Ne fuge, qui vitæ spes mihi semper eras.
10 Me licet horreret pater & patris æmula mater,
Dextra tamen, spero, me tua tollet humo.
11 Tu, quod iter subeam, monstra, facilemque clienti,
Hostis ut evitem spicula, pande viam.
12 Subtrahe me populi furiis, qui crimine ficto
Me premit, inimani spirat & ore minis.
13 Spem mihi tu reparas, venturæ gaudia vitæ
Dum recolo, & coeli quæ bona civis habet.
14 Fide Deo, firmaque fidem, sunt præmia præsto,
Erigit & mentes sustinet ille pias.

P S A L M U S XXVIII.

Ad te Domine clamabo, &c.

- TE, Deus, imploro mea vita, silentia rumpe
Ne peream, ceu qui se prope busta videt.
2 Annue quæsitis, ferio dum sidera planctu,

Ad

- Ad tua dum supplex porrigo templa manus.
 3 Sint procul artifices fraudum, qui blanda loquuntur,
 Dum sociis laqueos mens scelerata parat.
 4 Redde parem meritis mercedem, crimine dignas
 Fac Deus ut poenas mensque manusque luant.
 5 Corruet, aethereae quisquis miracula dextrae
 Non stupet, & nullâ restituetur ope.
 6 Gloria sit superum regi qui saepe vocantem
 Audiit, & memori condidit aure preces.
 7 Hic rupes clypeusque mihi est, hoc freta revixit
 Languida mens, numeris hunc canet illa novis.
 8 Attulit hic quoties regi quotiesque salutem?
 Hic sociis quoties turris ahena fuit?
 9 Custodi populumque bea, pater, instrue mensas,
 Et soboli lauru perpetue cinge comas.

P S A L M U S X X I X.

Adferte Domino filii Dei, &c.

- N Uminis, Heroes, sacras agnoscite vires,
 Et quod sidereâ fundit ab arce jubar.
 2 Quas sacra promeruit majestas pandite laudes,
 Quaeque decet templi figite dona tholis.
 3 Eminus auditur Deus inter nubila, latè
 Dum tonat, effusis dum sata mergit aquis.
 4 Alta Dei quàntâ vox majestate coruscat!
 Fulminis in morem quam violenta ruit!
 5 Frondeus hac Libani vertex nudatur, & ingens
 Disfilit horrisono verbere fracta cedrus.
 6 Hac juga subsultant, veluti stimulante juventa
 Bucula per sylvas, munocerosque levis:
 7 Hujus & imperio rutilat polus igne minaci.
 Crebraque disruptâ fulmine nube volant.
 8 Icta metu deserta tremunt, nemorumque recessus,
 Tresquaque montanis vix habitanda seris.
 9 Mollibus hæc damis sobolem, silvisque decorem
 Excutit, his templum laudibus omne sonat.
 10 Fraenat aquas pelagi Deus & dominatur in undis,

Nec decus imperii terminat ulla dies.

- 11 Ille suo populo vires , pacisque beatae,
Hostibus elisis , otia laeta dabit.

P S A L M U S XXX.

Exaltabo te Domine , &c.

- Q**ui mea victrici velasti tempora lauru,
Te pater omnipotens & tua facta canam
More triumphantis: nostris ne cladibus hostis
Nequiter insultet, muneris omne tui est.
2 Te , Deus , implorans implevi questibus auras ,
Nec mora , coelesti sum relevatus ope.
3 Me tuus e tumulo favor & pallentibus umbris
Ernit , optatum restituitque diem.
4 Dic laudes , gens sancta ; Deo ; dic supplice grates
Pectore sidereos ante voluta pedes.
5 Illius hibernâ fugit ira citatius horâ ,
Unus & est vitae perpetis ille parens.
Me quibus involvunt nocturna crepuscula , tristes
Curarum nebulas discutit orta dies.
6 Cum freta sulcarem ventis felicibus , Alnum
Concutiet , dixi , nulla procella meam.
7 Spem mihi firmasti , muri , Deus , instar aheni :
Spes abiit , vultus te retrahente jubar.
8 Rebus in accisis tensis ad sidera palniis ,
Haec mihi , nam memini , fusa querela fuit:
9 Quid juvat exitio caput hoc depositare nostro ?
Quis necis & fusi sanguinis usus erit ?
Tene , fidemive tuam cineres cantare reposti ,
Solvere vel grates muta sepulcra queunt ?
10 Me pater exaudi , famuli bonus annue votis ,
Et pactam propera ferre benignus opem.
11 Tu facis ut lacrimis succedat rilus , amictu
Tu pro lugubri , coccina ferre jubes.
12 Ergo , poli dum luce fruar , tibi carmina pangam ,
Factorumque recens gratia semper erit.

P S A L M U S X X X I .

In te Domine speravi , &c.

- A**RX mea (te fidi, facto pudor absfir) & aequi
Arbiter, alme parens, dum premor, adfer opem.
- 2 Eia age rumpe moras, inclina leniter aurem,
Unica tu rupes, turris & una mihi es.
- 3 Spes vitae columenque meae, tu dirige gressus,
Et majestatis da documenta tuae.
- 4 Exue me pedicis, mea vis, quibus implicor insons,
Et clandestinis eripe, quaeso, dolis.
- 5 Tutelae me credo tuae, dextraeque fideli
Hanc animam, vitae fons & origo meae.
- 6 Hunc ego qui fraudes concinnat abominor, unum
Te sequor: in te spes certa reposta mihi est.
- 7 Me tua solatur bonitas, tu lumine justo
Adspicis aerumnas, quas sine fine tuli.
- 8 Solvit & hostiles tua ripit dextra catenas,
Ensisbus obfessas explicuitque vias.
- 9 Mitis ades fractumque malis bonus erige: mentem
Torpor habet, macies viscera, ruga genas.
- 10 Vita mihi gemitu, lacrimis consumitur aetas,
Dissipat & vires rodit & ossa dolor.
- 11 Hostibus opprobrium, vicinis fabula vixi,
Et quibus occurri civibus horror eram.
- 12 Non magis extinctos mergunt oblivia, vilis
Nec magis est testae lamina sicta luto.
- 13 Ossa tremunt, proceres dum ceruo dira minantes,
Et conjuratas in mea fata manus.
- 14 Te tamen adspecto, Deus, & mens arma minasque
Despicit hostiles numine nixa tuo.
- 15 Lubrica tu fragilis dispensas tempora vitae:
Hostica nunc jugulo spicula pelle meo
- 16 Prome jubar, vultusque tui me luce serena,
Et fer opem, per te, te, pater alme, rogo.
- 17 Ne mihi sit probro pietas aut vota vocanti,
Busta que perversis ora pudenda premant.

28 P S A L M U S XXXII.

- 18 Mutescat gens fraudis amans, quae turgida fastu
Saevit, & insontes dente protcrva petit.
19 Quanta sequestravit bonitas tua praemia justis!
Quan*i* fuit & famulis dextra benigna tuis!
20 Dum fastu, dum felle tumens furit impius hostis,
Hos arcana tuae protegit umbra donus.
21 Haec tua laudetur bcnitas mirabilis orbi,
Quae mihi praesidium, turris & instar erat.
22 Mentis inops vultuni te subtraxisse querebar,
Sed famuli votis auris aperta fuit.
23 Ergo Dei vos urat amor, pia pectora: merces
Aimpla pios, fastumi debita poena manet.
24 Perdurare Deo spem qui fixistis in uno,
Viribus & mentes instruet ille novis.

P S A L M U S XXXII.

Beati quorum remissa sunt, &c.

- Felix cui scelerum naevos Deus eluit, umbra
Cui super inducta facta nefanda tegit.
2 Felix cui noxas non imputat arbiter aequi,
Cujus & est nullo mens maculata dolo.
3 Vulnera duin cclans fremerem sine fine modoque;
Offibus obrepst sicca senecta meis.
4 Me manus adfixit tua, seu sol promeret orbi,
Seu prcmieret roseum nox revoluta diem.
Squallebant resudes venis marcentibus artus,
Ut Canis arenti sidere tosta seges.
5 At simulac morbumque tibi culpamque retexi,
Et scelerum tortas multiplicesque vias,
Desuper affulgens omnem clementia labem
Sustulit & veteris semina primi mali.
6 Gens igitur te sancta colet, stata tempora servans,
Tu quibus, alme parens, inveniendus eris.
Hacc quoque, ne dubites, stabit secura ruinæ,
Tota licet tellus obrueretur aquis.
7 Tu mihi praesidium es, mala tu, quibus impetor, arces,
Laetus & auxilio fulcior usque tuo.

8 Quin

P S A L M U S X X X I I I .

29

- 8 Quin, ais, & caecae depellens nubila mentis
Luce tnos gressus praeradiante regam.
- 9 Absit equi, vel te muli stupor occupet, una
Quos, cum judicium desit, habena domat.
- 10 Mille neces scelerum, superi clementia Regis
Justitiae merces & pietatis erit.
- 11 Exulta, cui pura manus, cui candida mens est,
Et dominum spectans gaudia laetus age.

P S A L M U S X X X I I I

Exultate justi in Domino, &c.

- S**ancta cohors, fer laeta Deum super aethera grato
Carmine: grata decet pectora ferre pios.
- 2 Illius & citharae celebrent & nablia laudes,
Et quod bis quino stamine tinnit ebur.
- 3 Ede novos cantus & Io ter voce sonora
Ingeminans, Domino pange perenne melos.
- 4 Facta Dei fas labe vacans comitatur & aequum.
Verbaque sunt ipsa candidiora nive.
- 5 Jus amat hic, peccusque legit sibi criminis expers,,
Illiis & donis tota redundat humus,
- 6 Ille poli volucres verbo contexuit orbcs;
Quotquot & igne micens agmina campus habet.
- 7 Illius ad nutum pelagus confluxit, & alto
Gurgite collectas clausit abyssus aquas.
- 8 Hunc metuant quos sol oriens, quos lumina condeas
Adspicit, & gemino terra sub axe tremat.
- 9 Os Deus ut pandit, se mundi sustulit ingens
Machina, quam dextra sustinet usque suâ.
- 10 Impia sacrilegae difflat molimina tuibae,
Quosque piis nequit mens scelerata dolos.
- 11 Quod statuit, sanxitque semel, vis nulla revcllet,-
Nullaque mutabit dissicietur dies.
- 12 Est felix populus, coeli scribetur & haeres,
Sincera Dominum qui pietate colit,
- 13 Qui regit imperio terras, & sidera nutu,,
Humanum superâ spectat ab arce genus.

30 P S A L M U S XXXIV.

- 14 Spectat ab astriferae sacris penetralibus aulae,
Qui terras habitent Oceanique sinus.
- 15 Ille opifex rerum mortalia pectora finxit,
Excutit & quidquid mens latebrosa tegit.
- 16 Denfa nec armatos defendunt agmina reges,
Nec stat turba potens viribus ipsa suis.
- 17 Futilis est sonipes expirans naribus ignes:
Illiis incassum robore fudit eques.
- 18 Fert Deus unus opem, placido dum lumine justos
Adspicit, & sanctis undique vallat iter.
- 19 Ille pias animas medio de gurgite lethi
Eripit, infestam pellit & ille famem.
- 20 Quidquid inest animi nobis, huic serviat uni,
Hic clypeus vitam quo tneamur erit.
- 21 Gaudia concipiet mens quae jaetata periclis
Semper ab illius laeta pependit ope.
- 22 Nunc precor, alme parens, adspira mitibus auris,
Nostra tuo siquidem pendet ab ore salus.

P S A L M U S XXXIV.

Benedicam Domino, &c.

- N Uminis attollam laudes, gratesque rependam,
Hac ego dum coeli, quam traho, luce fruar.
- 2 Freta Deo niens laeta Deum jaetabit amicum.
Gestiet exemplo gens pia docta meo.
- 3 Coelestes animae, devotaque pectora mecum
Illiis unanimi tollite voce decus.
- 4 Supplicis ille preces suscepit promptius, & omnem,
Cor ubi diriguit, depulit ille metum.
- 5 Vir pius hunc spectans accurret & obvius ulnis
Excipiet, pudor huic & procul omnis erit.
- 6 Sedibus e superis miseri, quem conspicis, ille
Audivit gemitus, auxiliumque tulit.
- 7 Agminis aligeri cingit custodia justos:
Et sacra coelesti castra tuetur ope.
- 8 Cerne oculis devota cohors; & sensibus imis
Percipe quam vestri flagret amore Deus.

O ter

P S A L M U S X X X V . 31

- ter felicem , Dominum qui suspicit unum ,
 Praeter & hunc nullum queni veneretur habet !
- 9 Fleste genu gens sancta Deo : nil deficit illi ,
 Hunc dominum quisquis supplice mente colit.
- 10 Saepe fames ipsos domat importuna leones :
 Plena tamen justis copia semper adest.
- 11 Huc ades , ausculta soboles mihi cara : vereri
 Ut discas domini , me duce , iussa tui.
- 12 Dulcibus illecebris longi qui duceris aevi :
 Qui cupis auratos & sine nube dies :
- 13 Os fieno cohibe : validis preme labra lupatis :
 Lubricus ingenuo sit procul ore dolus.
- 14 Tone modum sceleri : tantum sectare quod aequum est :
 Et nivea studium sit tibi pace frui.
- 15 Retum opifex placido dignatur lumine justos :
 Et castas facili suscipit auctie preces.
- 16 At scelerum socios sic fulmine dissipat irae ,
 Nullus ut his toto restet in orbe locus.
- 17 Prona Deo est semper iustorum questibus auris ,
 Inque repentinis dextera prompta malis.
- 18 At Deus huic praesto est , vitae quem turpiter actae
 Poenitet , occulto torret & igne dolor.
- Hunc teget & mediis vindex servabit in undis ,
 Cui mens est humilis , vitaque fracta malis.
- 19 Mille pium clades circumstant , mille pericla ,
 Sed tegit hunc superi provida cura patris.
- 20 Est Deus huic custos & tutelaribus armis
 Vim prohibens omnem non sinit ossa teri.
- 21 Artifici damnosa suo fraus fraude peribit ,
 Quaque pios odit turba repente ruet.
- 22 Devotas animas rerum satot afferet olim ,
 Deque sacra nullum genere perire sinet.

P. S A L M U S X X X V .

Judica Domine nocentes , &c.

- Cius affulgens pro me , pater optime , litem
 Suscipe , cum saevo conser & hoste manum .

32 P S A L M U S X X X V.

- 2 Indue te clypeo , cinctusque potentibus armis,
 Sta prope , meque tua protege victor ope.
- 3 Hostis & ut furiis obsistas , sume bipennem.
 Dic mihi , dic animae , Me duce sospes eris..
- 4 Fabula sit nostri sitiens gens dira cruoris ,
 Tergaque det turpi turba dolosa fugae.
- 5 Dissipet hanc summi missus de vertice coeli
 Angelus , ut paleas ventilat ira Noti.
- 6 Lubrica cingantur tenebris vestigia caecis ,
 Quaque fugit , vindex Spiritus ense premat.
- 7 Haec foveam , cassesque mihi nil tale merenti
 Struxit , & occulto vita petita dolo est.
- 8 O precor incautum mors cassibus implicet hostem ,
 Inque suas foveas cernuus ipse ruat.
- 9 Tunc ego gaudebo coelesti vindice tutus.
 Ille voluptatis fons mihi jngis erit.
- 10 Mens secum , Deus , Ecquis ait par est tibi , fortis
 Pusio , praedonem , te duce , vincit inops.
- 11 In me strinxit atrox acuitque calunnia dentes ,
 Fluxit & ignoti criminis esse reum.
- 12 Pensavit benefacta malis gens hostica , vitæ.
 Struxit & infidias , perniciemque meae.
- 13 Hac tamen aegrota junxi jejunia votis ,
 Et caput obstipum , vestis & atra fuit.
- 14 Non magis lugubris mors exspirantis amici ,
 Funera nec fratrīs , nec genetricis erant.
- 15 Sed damnis gavisa meis gens saeva minaxque .
 Clam coit , & vulgi riotibus usque petor.
- 16 Subdola mordaces inter convivia risus
 Ah movet , & dentem sannio dente terit.
- 17 Quo Deus usque premi famulum patiere ? Leoni-
 Ecqua dies animam subtrahet , ecqua malis ?
- 18 Mille tibi grates , populo spectante , rependam ,
 Audiet & laudes foemina virque tuas.
- 19 Absit ut insultet nostris injuria damnis ,
 Impia gens oculo vel petulante notet.
- 20 Illius alloquiis amor & pax exulat omnis ,
 Et struit in placidos mens mala mille dulos.
- 21 Oraque me contra pandens scurriliter , Euge ,

- Euge, ait, optata nunc ego luce fruor.
 12 Haec, pater, adspectans tacitura silentia tandem
 Rumpe, patrocinio meque tuere tuo.
 13 Eripe te stratis, oculos, Deus, exue somno,
 Meque tuo vindex & mea lute foro.
 14 Subjice censurae mores: hoc deprecor unum,
 Me visto ne gens hostica cantet Io.
 15 Ne secum sic jactet ovans; Mens laeta triumpha,
 En jacet eversus viribus ille meis.
 16 Quem mea delectat clades, qui praelia mecum
 Conserit, huic turpet conscius ora pudor.
 17 Gestiat insonti quisquis favet, oraque solvens
 Praedicet hunc famuli cui pia cura sui est.
 18 Te, pater alme, canam, qui servantissimus aequies;
 Nullaque non laudes effaret hora tuas.

P S A L M U S X X X V I .

Dixit iniquus ut delinquat, &c.

- Auctibus immensis scelerum dum crescere fibras
 Conspicor, & miris luxuriare modis,
 Mens ait, Excusso legum gens impia freno
 Se prodit vacuam Numinis esse metu.
 2 Ipsa sibi plaudit, dum tandem nequiter actae
 Pocnitcat vitae, displiceatque sibi.
 3 Impia vox illi est, sucataque, nescia veri
 Mens stupet, & rectum devia linquit iter.
 4 Nocte nefas animo vcrsat, nec crimina terrent,
 Dumque meat laevo tramite, recta fugit.
 5 Magne opifex rerum, tua te clementia coelo
 Inferit, & nubes transvolat alma fides.
 6 Vastius Oceano solium est, & montibus altis
 Firmius, hoc homines, quadrupedetque regis.
 7 Quam tuus eximius favor est! Tu molibus alis
 Protegis Adimidas, incubituque foves.
 8 Te pandente manum dapibus saturantur opimis,
 Restinguuntque sitim flumina dulcis aquae.
 9 Sunt tibi vitales latices, tu lumine circulus

34 P S A L M U S XXXVII.

- 1 Sidereo rosa pectora luce reples.
 10 Qui te nosle cupit, lenem te tentiat opto,
 Iustitia que tuae protegat umbra pios
 11 Absit ut ambitio pedibus me proterat: absit
 Sedibus excutiat me fera turba meis.
 12 Auctores scelerum subitam traxere ruinam,
 Nec proclinatos eriget ulla dies.

P S A L M U S XXXVII.

Noli aemulari, &c.

- NE freme, fulgorem gentis dum cernis iniquae,
 Candida nec cruciet pectora livor edax.
 2 Concidet illa brevi, succisi graminis instar,
 Defluet & tenerae flaccida more rosae.
 3 Tu modo fide Deo, recti sectator & aequi.
 Ille larem, lautas conferet ille dapes.
 4 Aibiter aethereus tibi sit mellita voluptas,
 Et desideriis annuet ille tuis.
 5 Hoc duce carpe viam: mediis in fluctibus unum
 Hunc specta: portum, quem petis, ille dabit.
 6 Illius auspiciis probitas tua lumina solis.
 Æquabit, medio cum secat axe diem.
 7 Mente Deum specta placida, speraque, nec urat
 Cor tibi, perversis cum nimis aura favet.
 8 Irae pone modum, ruptis ne forsan habenis
 In vitium praeceps hac stimulante ruas.
 9 Ibit in exitium gens impia: Numine fretus
 Vivet, & huic sedes terra perennis erit.
 10 Parva mora est: gens prava ruet frustraque nescandi
 Vestiges ubi sint rudera prisca laris.
 11 Incolet interea terras, qui pectora miti est:
 Hic ubi gaudebit divite pace frui.
 12 Dum struit occultas justo g̃ens impia technas
 Infremet, & dentem persida dente trit.
 13 Ridet at aetherea recti Deus auctor ab aula,
 Exitii cernens non procul esse diem.

- 4 Impius eduxit gladium, lunavit & arcum,
Quo pius occumbat, quo juguletur inops.
- 5 Sed Deus hoc illi transfiget viscera ferro,
Franget & ultrici cornua tensa manu.
- 6 Sors justi tenuis pompam supereminet aulæ
Divitis & famulas ambitionis opes.
- 7 Hostibus elidet coelestis dextera vires:
Sincerae vindex haec pietatis erit.
- 8 Adspicit aerumnas sancti gregis arbiter orbis:
Illi & dempto fine tuetur opes.
- 9 Ora pio nullus tinget pudor: affluet idem
Deliciis, reliquos dum premit atra fames.
- 10 Improba vanescet gens & diffablitur: agnae
Sic abit in sumos igne perustus adeps.
- 11 Mutua dum sumit, persolvit debita nulli
Impius, est justo semper aperta manus.
- 12 Quem beat & placidum Deus adspicit, incoleat orbem:
Sed premet exoscos foeda ruina lares.
- 13 Sternit iter justo rerum qui sceptræ gubernat:
Et probat hanc unam quam terit ille viam.
- 14 Labitur ille quidem, sed sic ut surgere possit:
Nam Deus infirmis porrigit ipse manum.
- 15 Ante puer caraæ pendebam matris in ulnis:
Nunc arat exangues plurima ruga genas.
- Non tamen affligi vidi sine vindice iustos,
Poscere vel natos ore tremente dapes.
- 16 Larga piis semper manus est, & dapsilis, olim
Sors quoque ter felix posteritatis erit.
- 17 Ergo animum vitiis mox exue, recta secutus,
Stare diu in terris qui tua recta cupis.
- 18 Juris amans Deus est, nec justum deserit, illi
Semper adest; praecœps caetera turba ruet.
- 19 Sors erit his tellus, quibus est reverentia legum,
Obruere & patrias nulla ruina domos.
- 20 Jugiter os illis rectum spirabit & aequum,
Et pia justitiam lingua sub astra vehet.
- 21 Sancta Dei lex est imis infixæ medullis,
Haec vacillantes sustinet una pedes.
- 22 Saevus in excubiis latitans his imminet hostis,

36 P S A L M U S XXXVIII.

- Et stricto jugulum cominus ense petit.
 33 Sed Deus affulgens famulos tutabitur : umbris
 Devotos miserae subtrahet ille neci.
 34 Tu spera, pareque Dco : sic stabis in alrum
 Evectus, coram dum ruet hostis atrox.
 35 Vidi ego, nam memini, scelerum florere ministros,
 Ut viret in pingui laurus amicna solo.
 36 In sumos abidere tamen , vestigia nulla,
 Umbraque quaerenti nulla reperta mihi est
 37 Sedulus observa justos & respice finem ;
 Pax illis niveos claudet amica dies.
 38 Impia colluvies hominum simul occidet omnis:
 Et simul ex ipsa stirpe recisa ruet.
 39 Una salus justo Deus est , hoc pendet ab uno
 Vir pius , hoc clypeo seque suosque tegit.
 40 Muniet hoc pectus , scelerataque rela retundet ,
 Hanc sibi mercedem vendicar alma fides.

P S A L M U S XXXVIII.

Domine ne in furore , &c.

- N E famulum reprehende, Deus, dum fervidus iram
 Colligis , & justus ventilat arma furor.
 2 Tu mea lethiferis fixisti pectora telis ,
 Et gravis afflictum jam tua dextra premit.
 3 Fax irae violenta tuae depascitur artus ,
 Nec locus est plagis vulneribusque novis.
 Cissa quatis luxasque mihi , compage soluta.
 Scilieet haec fonti debita poena fuit.
 4 Obruor illuvie scelerum , ceu vortice sorptus ,
 Quoque premor nimium , pro dolor , urget onus.
 5 Vulnera tabe fluunt & spargitur undique virus ,
 Stultitiae merces , justaque poena meae.
 6 Curvus in invisan defigo lumina terram ,
 Lumina perpetuo quae mihi rore madent.
 7 Ulcere corrosos utunt incendia renes ,
 Nullaque pars morbo , nulla dolore vacat.
 8 His fractus , mersusque malis , ululatibus , unum

Quod

P S A L M U S XXXIX.

37

- Quod superest , terras lasso polumque mcis.
 Telluris coelique sator , tibi nuncupo vota:
 Tu mala , quae patior vix toleranda , vides.
 Cor rrepidar , languent tremuli sine viribus artus ,
 Nox oculis , acie deficiente , natar.
 1 Me fugiunr , quos juxir amor vel sanguis , amici ,
 Er spectatores non levis horror haber.
 2 Imminet & jugulo strictis manus impia telis ;
 Et peior opprobriis compositisque dolis.
 3. 14 Ast ego surdus ad haec , ceu qui stupet auribus orbus ,
 Et ceu nulla foret vox mihi , mutus eram.
 5 Nempe , parens rerum , spes in re nostra recumbit :
 Suscipes famuli tu pia vota tui.
 6 Annue , dicebam , votis , ne forte vacillem ,
 Hostibus & fiam fabula laeta meis.
 Andue , ne nostra quisquam de clade triumphet ,
 Er proclinatus prociduusque premar.
 7 Succiduo jam pene miser sum poplite , praesens
 Semper & aerumnae tristis imago meae est.
 8 Judice te coram virae delicta fatebor ,
 Er tepido cernes imbre madere genas.
 9 Hostica sed numero superans & robore pollens
 Turba meis vivit laeta vigetque malis.
 0 Insontem premit haec odiis: benefactaque poenis
 Compensat , studiis semper iuqua piis.
 1. 22 Ne me linque Deus , nec te mihi subtrahe , vitae
 Sed columen famulo porrige promptus opem.

P S A L M U S XXXIX.

Dixi, custodiam vias, &c.

- C Autius incedam , dixi , ne forte vacillans
 Audeat estari lingua proterva nefas.
 Os mihi compescam freno praesentibus illis ,
 Quos juvat obliquo tramite prava sequi.
 2 Lingua diu siluit , justas nec protulit iras :
 Quod mihi majoris causa doloris crat.
 3 Ignis ut inclusus tacitum cor arsit , in auras

D

Mox

Mox dolor erumpens talia dicta dedit:

- 4 Da, Deus, annorum numerum: momentaque vitae
Futilis, extremum da mihi nosle diem.
- 5 Vita brevis, tecum si confers, aemula palmi est,
Et nihil, & nihil si quid in orbe minus.
- 6 Horret iter tenebris; citrarum mole gravatur
Pectus, & haeredem nescit avarus opum.
- 7 Quid milii restat opis? Te fido, maxime rerum.
Anchora tu nostrae, cum furit unda, rati es.
- 8 Eripe me noxae: naevos, pater, elue: laedi
Ludibrio stolidi ne patiare gregis.
- 9 Cura fuit rigidis linguam frenare lupatis,
Tu quia fortunae, qua premor, auctor eras.
- 10 Tolle quod infestat, moderatus exige poenas.
Ah perii plagi, vulneribusque tuis.
- 11 Crimina dum plectis, formam, ceu tinea, rodis.
Ah quam mortales lubrica turba sumus!
- 12 Suscipe vota, meis aures adverte querelis,
Nec tetricus, lacrimas dum tibi fundo, sile.
Scilicet extorrem patriis me cernis ab oris,
Et proavis tellus haec peregrina fuit.
- 13 Pone tuas iras, & fractum robore pectus
Instrue supremum funeralis anre diem.

P S A L M U S X L.

Exspectans exspectavi Dominum, &c.

- 1 Pe mihi non vana mentem fulcivit, & aures
Indulxit precibus qui regit astra meis.
- 2 Illius ex ima bonitas me traxit abyso,
Jussit & in solida figere rupe pedem.
- 3 Ille novos numeros fanulo dictabit & hymnos,
Facta quibus superi sunt celebranda patris.
Audier hos mundi gemino sub cardine tellus,
Fidet ut auctori tacta timore suo.
- 4 O felix Domino quisquis spe firmiter haerens
Despicit elatos, artificesque dolii.
- 5 Quis miracla, Deus, tua quis benefacta retexat?

Mens

- Mens hebet haec versans , promere lingua nequit.
 5 Nec tibi caesa placent , nec tost⁹ piamina flammis ,
 Hoc tacite vulsa me , pater , aure mones .
 7 En , Deus , en adsum , dixi , quo jusserris ibo .
 In tabulis prostant nomina nostra tuis .
 8 Meus jubet obsequium r̄crum praebere parenti ,
 Æternumque animo lex tua fixa manet .
 9 Justitiae monumenta tuae cantata per orbem
 Sunt mihi , nec , memini , vox tacitura fuit .
 10 Tu mihi testis ades , non haec cgo pectore clausi ;
 Sed fidei & partae praeco salutis eram .
 Non ego celavi populum benefacta , nec illa
 Foedera , quae nullo sunt violanda die .
 11 Ne mihi te subduc , sed dum nitet ignibus aether ,
 Hinc tua me bonitas protegat , inde fides .
 12 Obriuo aerumnis , scelerum dum perfereo poenas ,
 Lumina nec fas est tollere vita malis .
 Verticis ista pilos superant tormenta crucesque ,
 Liquitur & nimis mens superata vadis .
 13 Sit vitae tibi cura meae , dulcislime rerum ,
 Et pede , ne peream , mox properante veni .
 14 Omnibus opprobrio sit , qui mihi dira minatur ,
 Hostis & obscaenae det cito terga fugae .
 15 Opprimat hunc clades , qui dentem dente fatigans
 Nequiter , ah , risu me perulante petit .
 16 Gestiat exultans te qui sibi quaerit amicum ,
 Signaque laetitiae det manifest⁹ tuae ,
 Quisquis & auxilium te poscit voce canora
 Dicat , Io Domino sit sua laus & honos .
 17 Sum miser , ah fateor : tamen est tibi cura clientis .
 Lenis ades , segnes ducere parce moras .

P S A L M U S X L I .

Beatus vir qui intelligit , &c.

- O felix inopem trutina qui pensitat aequa !
 Huic feret afflito conditor orbis opem .
 2 Hunc Deus incolumem rebus servabit in auctis ,

- 1 Et dabit innubes & sine nocte dies.
 2 Hostibus eripiet, viresque resarciet aegro:
 Ponet & in molli languida membra toro.
 3 Adfer openi, dixi, Deus ablue vulnera mentis:
 Heu tua majestas criminis laesa meo est.
 4 Me petit opprobriis fera gens, &, Terminus illi
 Ecquis, ait, vitae: nominis ecquis erit?
 5 Mellea vox illi est, aegrum dum visit: at intus
 Quae coquit, abscedens dita venena vomit.
 6 Turba calens odiis intel se murmure caeco
 Mussat, & insontem tollere fraude parat.
 7 En, ait, ille jacet, morbo confessus acerbo.
 Occidet, & nulla restituetur ope.
 8 Qui socius vitaeque fuit mensaeque jacenti
 Imminet & stratum calce subinde ferit.
 9 Fer, Deus, auxilium, da posse resurgere, digna:
 Hostibus ut referam praemia parque pari.
 10 Hoe, ubi sacrilegis spes intercepta triumphi est:
 Quem mihi vovisti, pignus amoris erit.
 11 Me mihi tu reddens coelesti numine fulcis:
 Aeternumque tuo das pater ore frui.
 12 Tu, Deus Ifacidum, tibi quas decet assere laudes,
 Sitque dies titulis nulla suprema tuis.

P S A L M U S XLI.

Quem admodum desiderat cervus, &c.

- C Ervus ut in medio celsis de montibus aestu
 Actus in algentes fertur anhelus aquas:
 2 Sic mea vitali satiari Numinis uida
 Mens avet, & domini languet amore sui.
 Gaudet & optat amans vitae se jungere fonti.
 His mihi deliciis quae dabit hora frui?
 3 Dum sine fine petunt ubi sis cui servio Numen,
 Sunt misero lacrimae nocte dieque dapes.
 4 Scandere me quoties memini penetralia sacra,
 Et longo populos ordine pone sequi:
 Aurea dum recoio missas ad sidera voces,

Et

P S A L M U S X L I I I .

41

- Et plausum , festis quem decet esse choris:
 In lacrimas totus miser & suspitia solvor:
 Inter & aerumnas est mihi dulce queri.
 5 Cut ita turbaris? Cut te mens dejicis expes?
 Cur ita me torques anxia? fide Deo.
 Scilicet hic placido recreat mihi lumine pectus:
 Et mihi materies unica laudis erit.
 6 Dum queror , in nientem liquidis Jordanis ab undis
 Sepositisque jugis tu mihi saepe redis.
 7 Gurgitis est gurges , rauci comes aequoris aequor...
 Fluctibus infelix obruor usque novis.
 8 Luce sed in media bonitas tua fulget abyssio.
 Nocte patens vitae tu mihi carmen eris.
 9 Tunc ego cur , dicam , capiunt te oblia nostri ,
 Rerum opifex , animae portus & ara meae?
 Cut prope confectum curis lacrimisque sepultum
 Me sinis immanni durus ab hoste premi?
 10 Hic petit insultans ubi sis : ego vulneror inde ,
 Ensis & in morem permeat ossa dolor.
 11 Cur ita turbaris? Cur te mens dejicis expes?
 Cur ita me torques anxia? fide Deo.
 Scilicet hic placido recreat mihi lumine pectus,
 Et mihi materies unica laudis erit.

P S A L M U S X L I I I .

Judica me Deus , &c.

- S**IS mihi tu judex , Deus , & crudelibus obsta ,
 Subdola ne me gens , ne scelerata premat.
 2 Es mihi tu rupes. Ali me cur rebus in arctis
 Ablegas? Ah cur vixtus ab hoste gemo ?
 3 Prome jubar , quo cuncta foves : hoc dirige gressus :
 Scandere da templi limina sancta tui.
 4 Tum mea te referet chelys & prosternat ad aias ,
 Laetitas animae deliciasque meae.
 5 Cur ita dejecta es? Cur te incens anxia torques?
 Cur gemis? Aetherei posce parentis opem.

D 3.

Huic

42 . P S A L M U S X L I V.

Huic ego festivo persolvam carmine grates.

Nec Deus hunc praeter, quem sequar, alter exit.

Se P S A L M U S X L I V.

Deus auribus nostris audivimus, &c.

- 1 Rrecta, Deus, aure tuae mitacula dextrae
 Hausimus, antiqui quae cecinere patres.
- 2 Gentibus expulsis simul & te vindice caesis
 Indigenis, tellus hostica cessit avis.
- 3 Non tuus hos ensis felicibus intulit arvis:
 Nec fuit humano labore parta salus.
- Hos pater armorum peperit tua dextra triumphos:
 Dilectique gregis lux tua rexit iter.
- 4 Te rerum dominum, te regem agnoscimus unum.
 Fer Deus Isacidis, quam potes, unus opem.
- 5 Te duce cogemus subito dare terga rebelles,
 Et pedibus populos subdere colla truces.
- 6 Non ego vel gladio, levibus vel fido sagittis:
 Nil gladius, nil me missa sagitta juvet.
- 7 Tu, Deus, hostiles foedasti pulvere vultus,
 Imperioque tuo libera turba sumus.
- 8 Ergo tuas laudes omni celebrabimus aevo,
 Et fons tu nostri carminis unus eris.
- 9 At, procul abscedens, tu nos hostilibus offcrs
 Opprobriis, solito more nec arma regis.
- 10 Terga fugae trepidos nos cogis vertere, nostris
 Auctus & exuvis impius hostis ovat.
- 11 Praeda sumus velut agna lupis, patriisque relictis
 Sedibus, in toto quaerimus orbe fugam.
- 12 Et minimo venire jubes, & subjicis hastae
 Captivos: lucri nil tamen iude legis.
- 13 Objicis opprobriis, & nos vicinia risu
 Excipit, indignis persequiturque jocis.
- 14 Fabula sic vulgi sumus, & dum nubila fors est,
 Vertice nos moto turba profana notat.
- 15 Nec modus est vel meta malis, semperque fatiscit
 Obruta mens curis, turpat & ora pudor.

P S A L M U S X L V.

43

- 16 Stringit in insontem truculenta calumnia dentes,
Armat & ultrices gens scelerata manus.
- 17 Haec licet infestent, animo tu firmiter haeres,
Et tibi quam dedimus stat sine labe fides.
- 18 Nec te deseruit mens tot vexata procellis,
Nec quod signasti devia liquit iter.
- 19 Hauserunt miseris habitata draconibus antra,
Mortis & ante oculos vallis opaca fuit.
- 20 Si tamen inde tui mens est oblita favoris,
Si cui te praeter sunt data vota Deo,
- 21 Hocne tuos oculos fugiet scelus, intima cordis
In tenebris acie qui penetrante vides?
- 22 Te proper luimus, te proper jugiter, eheu,
Caedimur, imbelles sic laniantur oves.
- 23 Surge; quid ignavo conduntur lumina somno?
Evigila, miseris ne procul esse velis.
- 24 Cur fugis oppressos immanni pondere? Nostrae
Immemor aerumnae cur, Deus, ora tegis?
- 25 Viribus exrinctis animas in pulvere mersas,
Membraque jam cernis rabida fixa solo.
- 26 Eripe te stratis, pauci memor assere servos,
Et bonus hostili subtrahe colla iugo.

P S A L M U S X L V.

Eructavit cor meum verbum, &c.

- Dicere fert animus Regem, nova carmina Regi
Lingua parat, calamo par erit illa levi.
- 2 Forma viros superans, affusaque gratia labris,
Te beat & Domini non peritus amor.
- 3 Eia age, Rex, humeris apta stellariibus ensem,
Quem decus & bello partus adornat honos.
- 4 Maete novis titulis: niveos clementia currus
Cingat, & auratas fasque fidesque rotas.
Sic tua percussae discent miracula gentes,
Intremet & gemini terra sub axe poli.
- 5 Hostica lethiferis transfiges corda sagittis:
Corruet & telis gens numerosa tuis:

- 6 Quoque fedes solium stans nullo mobile seculo,
Cuneta reget, populis & pia jura dabit.
- 7 Sunt tibi jus & fas & candida pectora cordis:
Impietas odio, mensque referra dolis.
- Ergo tibi superum rector perfudit olivo
Tempora; prae sociis hic tibi cessit honos.
- 8 E thalamis quoties procedis laetus eburnis,
Myrrham, aloen, casiam regia vestis olet.
- 9 Regia progenies te cingit mille ministras
Inter honoratas, & tua jussa subit.
- A dextris Regina fedet, spectabilis auro,
Quod legit in patriis gens Ophyraea jugis.
- 10 Tu mihi, purpureae decus Heroina cohortis,
Ausculta, monitis obsequiosa meis.
- Dele animo populosque tuos, carosque propinquos;
Nec patris aut patrii sit tibi cura foli.
- 11 Blanda tuae Regem succendat gratia formae:
Hunc quoque tu dominum religiosa cole.
- 12 Se tibi turba frequens populi prosternet, & ipsae
Sponte ferent Tyriae regia dona nurus.
- 13 Tota nites iutus, vestis tibi texitur auro,
Pallaque Sidoniis ter saturata cadis.
- 14 Ibis in amplexum Regis sine compare virgo,
Cui niveus Phrygia pingitur arte sinus.
- 15 Se jungent comites Regum de stirpe puellae,
Laetaque virginis perstrepent aula choris,
- 16 Implebitque vicem siboles generosa parentum.
Omnibus haec populis, te duce, jura dabit.
- 17 Ergo mihi nullo Regina taceberis aevo,
Concinet & laudes ultima terra tuas.

P S A L M U S X L V I .

Deus noster refugium, &c.

- U**na Deus misericordia est & ahenea turris,
Nec procul est, populi cum fremit ira trucis.
- 2 Non ego formidem, tellus licet ima dehiscat,
Vasta licet montes obruat unda maris.

3 Nec

- 3 Nec trepidem pelagum spectans, dum murmure rauco
Insultat scopulis, & juga summa quatit.
- 4 Urbs habitata Deo, jucundo flumine vitae,
Sancta que felici templo rigantur aqua.
- 5 In medio Deus est, & ne ruat, undique vallat,
Fertque citam, quoties ingruit hostis, opem.
- 6 Instremuere truces populi, coelumque tremiscaens
Intontavit, tellus & liquefacta fuit.
- 7 Sed Deus Isacidum, bello qui praesidet, arcis
Instar erat nobis, auxiliumque tulit.
- 8 Huc ades & tecum specta miracula Tonantis,
Regnaque coelesti depopulata manu.
- 9 Bella Deus passim premit, & vi conterit arcus,
Telaque falcatas perdit & igne rotas.
- 10 Pone nimis, inquit: dominum me suspice, fasces
Agnolescent olim terra fretumque meos.
- 11 Sed Deus Isacidum bello qui praesidet, arcis
Instar erit nobis, auxiliumque feret.

P S A L M U S X L V I I .

Omnes gentes plaudite, &c.

- P Laudite mortales, tecum celebrate parentem,
Voxque triumphantis ter geminetur Io.
- 2 Sedibus è superis nulu sceptroque tremendo
Ille regit vesper quidquid & ortus haber.
- 3 Ille feros populos gemino sub vertice coeli,
Ante triumphatos sub juga nostra trahet.
- 4 Et sibi dilectae donabit praedia genti:
Hoc domus Isacidum gestit honore frui.
- 5 Ille triumphali superum palatia curru
Scandit, & adventus signa dedere tubae.
- 6 Psallite mortales & Io ter dicit Regi,
Plaudite victori terque quaterque Deo.
- 7 Illius occasus solium veneratur & ortus,
Hunc celebret mentis quidquid & oris habet.
- 8 Illius imperio tellus obtemperat omnis,
Et solii pietas cingit utrumque latus.

46 P S A L M U S X L V I I I .

9 Abramidum populis junguntur foedere reges ,
Quos regit hic , quibus & praeripit omne decus.

P S A L M U S X L V I I I .

Magnus Dominus & laud. &c.

- M**ieftas immensa Dei est , venerabilis urbi ,
Quam colit , & sacris ter celebranda jugis .
- 2 Alma Sion Boream spectans pulcherrima rerum est ,
Et domus augusti regis & orbis amor .
- 3 Omnibus haec aperit portam , portumque salutis ,
Nullus & in toto est tutior orbe locus .
4. 5. Hac conjurati visa stupueri tyranni ,
Protinus & turpi terga dedere fugae .
- 6 Hos metus invasit trepidus , luctusque virorum
Æmulus angori parturientis erat .
- 7 Haud aliter puppes violentia dissipat Euri ,
Ægaeum tumidis cum mare fervet aquis .
- 8 Haec quae fama refert in sacra vidimus urbe ,
Numinis invicti quæ stabilita manu est :
- 9 Alme parens , festis quoties advolvimur aris ,
Una tuae cunctos spes bonitatis alit .
- 10 Par majestati laus est tua : nescia metae ,
Sancta que justitiae dextera lance nitet .
- 11 Gestat alta Sion : celebrent & judicis aequi
Facta Palaestinae quas habet ora nurus .
- 12 Moenia circumiens Solymae , quam suspicis , hospes
Dinumera turres , quas habet ille locus :
- 13 Adspice supremis insertas nubibus arces :
Quaque vides soboli regia testa refer .
- Qui colit hanc , dum luce fruar , dum stabit & orbis
Machina , dux nobis & Deus unus erit .

P S A L M U S X L I X.

Audite haec omnes, &c.

- 1 Ande meis autem monitis, quicunque virorum
Incolis Eoas, Hesperiasve plagas.
2 Auscultent clari proceres, & futile vulgus,
Et qui divitiis pollet, & aeris inops.
3 Quae loquar, arcanos reserans sapientia fontes
Suggret: haec animo volvere dulce mihi est.
4 Seria res agitur, vates oracula plectro
Persequar: intentus cantibus ipse meis:
5 Cur ego formidem, cum fluctibus undique vastis
Cingor, & a tergo vindicis ense premor?
6 Spem locat in loculis animus mortalia curans,
Jactat & ingcutes ambitiosus opes.
7 Non tamen his frater praevertit funera fratris,
Nec pretio fleti Numinis ira potest.
8 Vita nequit gazis redimi: pernicibns alis
Illa fugit nullo restituenda die,
9 Ære nec oblato seros mercaberis annos,
Dona nec adniittit mortis avara manus.
10 Cum fatuo prudens moritur, cum paupere dives,
Nec mora: quos linquunt occupat alter agros.
11 Nemo sibi non spondet opes titulosque perennes:
Sed titulos & opes mors inopina rapit.
12 Est fugitus honos, & quotquot nascimur Adae
Semine, quadrupedum more perire vides.
13 Vana sequi gens stulta solet, patrumque nefanda
Dicta probat sobolcs imptoba, pejor avis.
14 St̄ta jacent ritu pecudum sub mole sepulcti
Aginina lethali depopulata manu.
15 Vir pius haec rectique tenax, cum desuper Eos
Fulserit, imperio vim prohibente premet.
Ora venusta prius cetnet manantia tabo,
Juncta que matmorco foeda sepulcra lari.
16 At mihi vim lethi depellet rector Olympi,
Et dabit ut secum gaudia laetus agam.

- 16 Ne trepida, gazas subito si congerit alter,
Et domus auratas explicat alta trabes.
17 Nudus opum busto tegitur, nec gaza, nec auro
Dives ad infernas pompa scquetur aquas.
18 Ille cutem curat, fugitivaque gaudia vivus
Captat; & hunc laudat, quem juvat illa sequi.
19 Mors tamen hunc addet proavis. quae messuit illos,
Non sinet hunc vitae perpetue flore frui.
20 Hei milii, gens hominum dum tangit vertice coelum,
Se pecudum nescit claudere more diem.

P S A L M U S L.

Deus Deorum Dominus locutus, &c.

- A Rbiter aethereus, cui servit purpura regum,
Perculit, os pandens, orbis utrumque latus.
Ætheris excelsi solio se sistere jussit
Regna, rubens quotquot vesper & ortus habet,
2 Ille Sionaeae roseo de vertice rupis
Fulsit, & auratum protulit inde jubar.
3 Hinc aderit, nec verba premet: praecurrct euntera
Flamma vorax, circum vasta procella ruet.
4 Æthera testatus, terramque sub aetheris axe,
Discutiet populi facta sinistra sui.
5 Confluat huic, dicet, milii gens dilecta, juvencis
Foederá quam mecum pacta litare jubent.
6 Sidera justitiam narrabunt Numinis, ipse
Nam Deus officium judicis aequus obit.
7 Eloquar: Isacidae trepidas advertite mentes,
Vos ego coelesti postulo voce reos.
Vos Deus appello, Dominum me praedicat orbis.
Et sacra gens prisco foedere juncta milii es.
8 Non ego quod nostras raro pecus imbuat aras,
Parcius offerri non holocausta queror.
9 Nec caper è caulis, nec me, spectante popello,
Vilibus è stabulis tracta juvenca juvat.
10 Quidquid habent campi pecudum, saltusque profundi;
Quidquid alunt rupes & juga mille, meum est.

- 1 Suntque mihi notae volucres in montibus altis,
Meque colit dominum quidquid inerrat agris.
2 Si premar esurie, non vos solatia poscam.
Me penes est tellus quidquid & aether habet.
3 An mihi tosta famem depellant viscera tauui?
An levet hircini sanguinis unda sitim?
4 Solve tuo grates potius dominoque Deoque,
Votaque, me quisquis simplice mente colis.
5 Tempestas cum saevir, opem me posce parentem.
Hanc ego depellam, tu mea facta refer.
6 Crimina sed spectans, his te, gens impia, iudex
Arguet aethereus corripietque modis:
Quid tibi nobiscum est, cur tu mea foedera pandis?
Cur memorat leges improba lingua meas?
17 Tu mihi reclamas, legum tu spernis habenas,
Et te cum moneo, litora bubus aro.
18 Tu praedatoti comitem te jungere gaudes.
Te quoque consortem turpis adulter habet.
19. 20 Ore paras fraudes, utero conceptus eodem
Te timet & linguae spicula saeva tuae.
21 Ad tua quod tacitus connivi criniina, rides,
Meque tui similem, gens scelerata, putas.
At mihi tu meritas scelerum dabis improba poenias,
Nam tua sunt digitis facta notata meis.
22 Numinis immemores monitis advertite sacris:
Ne mea vos, nullo vindice, dextra terat.
23 Me colit hic, qui laude litat, seftator & aequi,
Pars erit electi, me tribuente, grecis.

P S A L M U S L I.

Miserere mei Deus, &c.

- M**E, Deus, exaudi facilis, patriique favoris
Adspiret famulo mollior aura tuo.
Quique reis toties veniam totiesque benignus
Indulges, scelerum me quoque falce leva.
2 Turpe nefas dele, foedam, pater, elue noxam,
Obversantem oculis nocte dieque meis.

- 3.4 In te deliqui , te solum criminē laesi ,
Et scelus ulcisci jus tibi fāque foret.
- 5 Polluit auspiciūm vitae mihi foeda libido ,
Primaq[ue] lux miserae conscientia labis erat.
Luce carens ipsa contraxi matris in alvo
Triste rudimentum , seminūmque mali.
- 6 Sed te pura juvat mens , quam tu , nube remota ,
Erudies , leges discat ut illa tuas.
- 7 Hyssopi me fronde , sacro me flumine lustra.
Sic ego mundus ero , candidiorque nive.
- 8 Mitte salutiferae qui gaudia iunctiet horae ,
Ut redeat fracto priscus in ossa vigor.
- 9 Parce meo puros in criminē figere vultus :
De medio potius flebile tolle nefas.
- 10 Redde , quod amisi , pectus sine criminē , mentem
In restaurato pectorē finge novam.
- 11 Nec me adytis disclude sacrīs , & Spiritus olim
Quas tuus accendit , ne mihi deme faces.
- 12 Redde mihi vitae spirantes gaudia vultus :
Meque regat prompta Spiritus ille inanu.
- 13 Indicio tum versa meo gens devia gressus
Diriget , & Solymae figet in aede pedem.
- 14 Auctor opis vitaeque parens , ne caede mēdētē
Lethifer in poenas posce , sed abde nefas.
- 15 Tunc ego te laetus tollam super astra : reclude
Vocis iter , laudes ut canat alta tuas.
- 16 Nec te turis odor , nec viētia caesa , nec , ultro
Quam tibi sacrarem , bucula tosta juvat.
- 17 Mens scelerum sub mole gemens , fraudesque perosa
Una placet , Numen placat & una tuum.
- 18 Adspice , sed facilis , turre , pater alme , Sionis ,
Et Solymae memori moenia conde manu.
- 19 Tum tibi placato pecudum crux imbuet aras ,
Et cadet in factos hostia grata focos.

P S A L M U S L I I . & L I I I . 53

P S A L M U S L I I .

Quid gloriaris in malitia? &c.

- T**URBA potens, ecquid stolide tua crimina jactas?
Numinis est constans, nec periturus amor.
2 Impia lingua tibi est, quam nulla novacula, laesi
Cote nitens acies vincere nulla potest.
3. 4 Prava piis studiis praefecrs, mendacia vero,
Osque meras fraudes, perniciemque parat.
5 Te Deus excindet vindex, vitaque, bonisque
Exuet, & patriis sedibus exul ages.
6 Vir pius haec spectans dominum venerabitur orbis,
Illudensque reis talia dicta dabit:
7 Divinam qui risit opem, cui copia rerum
Et mala mens olim dux fuit, ecce jacet.
8 Ast ego qui Domino fidi constanter, olivae
Instar in illius luxuriabor agro.
9 Te Deus observans dominum, tua dulce putabo
Jugiter in sacro pandere facta choro.

P S A L M U S L I I I .

Dixit insipidus in corde, &c.

- S**TULTUS ait secum, Non est Deus: inquinat omne
Cor scelus, & recto tramite nemo meat.
2 Despiciens terras Deus inquisivir, an orbem
Incoleret prudens & pietatis amans.
3 Omnia pestis erant, omnes involverat error,
Virque pius toto nullus in oibe fuit.
4 Caecane perversis mens est, ait, impete facto
Glubere qui populum non meuere meum?
Ceu dape dilectae palcuntur sanguine gentis.
Nemo mihi toto de grege vora facit.
5 His ubi nulla fuit justae formidinis umbra,
Vidimus imbelli corda timore quatit.
Et sacra cum telis cinxerunt castia, per agros

52 P S A L M U S L I V . & L . V .

Vindicis his spargi vidimus ossa manu.
Texit & ora pudor populo, quem conditor orbis
Spreverat, & trepidae sunt data terga fugae.
6 Illa dies, lux illa veni, de rupe Sionis
Isacidis coeli qua feret auctor opem.
Tunc domus Abramidum celebrabit gaudia, duro.
Cum sacra gens cernet colla soluta jugo.

P S A L M U S L I V .

Deus in nomine tuo salvum. &c.

M E fidei, paistique memor, Deus affere, judex
Tu mihi, qua polles, ne premar, adfer opera.
2 Alme parens, moestis aures adverte querelis,
Et memori gemitus pectori conde meos.
3 Me fera barbaries premit & violenta tyrannis,
Et majestati gens inimica tuae.
4 Sed mihi tu praesens, Deus, es, tutaris & illos,
Quorum ego consilio, subsidioque juvor,
5 Impia gens poenar te pendet vindice, tandem
Ah tua subverso luceat hoste fides.
6 Tunc ego tura ferens ultro prosternar ad aras,
Teque colam quo nil mirius orbis habet.
7 Namque tuo ductu venti securus & undae,
Sacilegi vidi naufraga vela gregis.

P S A L M U S L V .

Exaudi Deus orationem meam, &c..

D Um precor, exaudi, rerum pater optime, questus
Dum gemino, vultus ne jubar abde cui.
2 Supplicis ausculta precibus, votisque benignus
Ammue, dum querulis astra fatigo modis.
3 Ah fremit, ah odiis fera gens me vexat & iris,
Pro dolor, & famam dente proterva petir.
4.5 Cor micat, & piceis mors dum circumvolat alis,
Horrifico nimium concuti tosca metu.

- 6 Obrutus his dixi, Misero trepidoque columbae
O mili quiis pennas remigiumque dabit?
- 7 His ego libratis fugerem procul, otia quaerens
Salibus in mediis, sepositisque jugis.
- 8 Ocius hinc celerans, tumidis, quibus obruor insons,
Fluctibus eriperet nimbiferisque Notis.
- 9 Perde, Deus, lita labra dolis, & divide linguas,
Ne possint sociis confona verba loqui.
- Litibus, heu, sacram lacerari vidimus urbem,
Juncta que litigiis vis truculenta fuit.
- 10 Pallida feu nox est, seu lux micat aurea, muros
Occupat, & media regnat in urbe nefas.
- 11 Incolit hanc rabies & vis & dira libido,
Cernis & infandis compita plena dolis.
- 12 Non mihi vel linguis hostes nocuere vel armis,
Probra pati poteram, tela cavere fuga.
- 13 Tu mihi caufa malies, nimium dilecte sodalis,
Duxque viae, virae deliciumque meae.
- 14 Ufas eram, memini, te consultore, mihiique
Templa Dei tecum vifere dulce fuit.
- 15 Mors domet hunc, vivumque voret telluris hiatus,
Impia cui mens est & scelerata manus.
- 16 Ast ego ture Deo supplex votisque litabo;
Meque salutifera proteget ille manu.
- 17 Audiet ille preces, quas fundam, lucida coeli
Limina, vel medias sole tenente vias.
- 18 Mille triumphantes acies mihi misit ab alto,
Inter & ipsa dedit spicula pace frui.
- 19 Me Deus aeternis orbem qui freuat habenis
Audiet, & poenas hostica rurba luet.
- Dum luces sine nube fluant & mollia veris
Tempora, deposit Numinis illa merum.
- 20 Aurea tranquillae violavit vincula pacis,
Foederis & rupti mensque manusque rea est.
- 21 Balsama vox spirans superabat acumine ferrum,
Verbaque fundebat lactea pectus atrox.
- 22 Tu Domino te crede, pios sufflaminat ille,
Et ne vacillent dirigit ille pedes.
- 23 Ante diem sed fraudis amans caedisque peribit,

54 P S A L M U S L V I . & L V I I .

Et petet Infernas moestus uterque domos.
Ait ego te fidam, Deus, auctor & arbiter aequi.
Anchora tu vitae, spesque salutis eris.

P S A L M U S L V I .

Miserere mei Deus quoniam, &c.

- ME, Deus, adspecta facilis, quem viribus hostis
Obruit & miserum nocte dieque premit.
- 2 Nocte dieque premit miserum, nec terminus irae est,
Nec claudi numero gens inimica potest.
- 3 Corda metu quoties trepidabunt, porta salutis
Tu, Deus, & vitae spes mihi solus eris.
- 4 Vox tua laudanda est, te nitor vindice: temnam.
Te duce mortali spicula missa manu.
- 5 Quae loquor infelix, interpres adulterat effrons,
Dum coquit hostiles mens scelerata dolos.
- 6 Clam coit, intidas meditans, & noctis in umbra
Observat gressus impia turba meos.
- 7 Fraude sua fidens tutam se somniat: irae
Hanc, Deus, incusso fulmine dede neci.
- 8 Tu tabulis gemitus, lacrimas tu colligis urna,
Et numeras nostrae traedia longa fugae.
- 9 Terga dabunt hostes, quoties te posco salutem.
Nota loquor, famulo tu quia dexter ades.
10. 11 Vox tua laudanda est, te nitor vindice: temnam.
Te duce, mortali spicula missa manu.
- 12 Sum tibi, dum spiro, devinctus perpetue voto,
Teque piis hymnis & tua facta canam.
- 13 Vindice te vivo, mihi tu vestigia firmas,
Quaque feror vitae lux tua monstrat iter.

P S A L M U S L V I I .

Miserere mei, Deus, &c.

- DA mihi te facilem, famuli miserere precantis:
Tu, Deus, es vitae spes sine fine meae.

Au-

P S A L M U S L V I I I .

55

- Auspiciis me credo tuis , & fortibus alis :
 His tegar , undosi dum cadat ira maris .
- 2 Vota tibi fundam supplex , qui foedera servas ,
 Cujus & inceptum dextra coronat opus .
- 3 Ocius accurrens , tu , ne vorer , obvius hosti
 Ibis ; erunt comites candor & alma salus .
- 4 Cædibus assueti cingunt mihi testa leones ,
 Turbaque ferales quæ vonit ore faces .
- Lingua refert gladium , telum penetrabile dentes ;
 Nec magis his jaculum , nec magis hasta ferit .
- 5 Qua , Deus , effulges effer super aethera lucem ;
 Terraque sit radiis tota corusca tuis .
- 6 Hostis iter stravit laqueis , me perculit horror :
 Objecit foveas , captus at ipse dolo est .
- 7 Obsequiosa nihil mens est , tibi firmiter haeret :
 Te mea vox dominum , te mea plectra canent .
- 8 Excute segnitiem , numeris cane , lingua , decoris ;
 Pallite vocali nablia juncta lyrae .
- 9 Mane novo super astra , Deus , te carmine tollam ;
 Et tua per populos grandia facta feram .
- 10 Magne parens , aequat tua te clementia calo ;
 Transvolat & nubes intemerata fides .
- 11 Qua , Deus , effulges effer super aethera lucem ;
 Terraque sit radiis tota corusca tuis .

P S A L M U S L V I I I .

Si vere utique iustitiam , &c.

- P Urpurei proceres , jus qui libratis & æquum ,
 Vosne pntem fati justa , vel æqua sequi ?
- 2 Quisque neces animo versat , bellumque minatur
 Sævus , & innocuo terra cruento rubet .
- 3 Quisque dolos secum materna traxit ab alvo ,
 A teneris omnes devius error agit .
4. 5 Virus inest colubri , magicis qui cantibus aures .
 Subtrahit , & vinci callidus arte nequit .
- 6 His malas , dentesque Deus confringe , leonum
 Contere sanguineis ora cruenta lupis .

- 7 More fluant fugientis aquæ, sit inutilis illis
Arcus, & ultrici spicula frange manu.
8 Limacum vel more liqua, fœtusque tenelli,
Lumina cui solis mors rapit ante diem.
9 Dissipet hos turbo, flamas dum concipis, ante
Fervore subjectis quam queat olla rubis.
10 Gestiet haec spectans vir justus, & hoste perempto,
Sanguineo niveos abluet amne pedes.
11 Utilis est pietas. tum dicet conscientia tellus,
Est quoque, qui toto regnat in orbe, Deus.

P S A L M U S L I X..

Eripe me de inimicis meis, &c.

- 1 Eripe me telis, populum pater alme rebellem
Protere, cui mens est prava, cruenta manus.
2 En petor insidiis insons, en agmine facto
Turba potens in me nocte dieque ruit.
3 Undique conspirans in me nil tale merentem
Vim parat: hæc spectans, fer, pater orbis, opem.
4 Ocius evigila, belli pacisque sequester,
Quo domus Isacidum vindice sospes erat.
Quos regis adspecta populos, nec parce profanis,
Per scelus audaci qui pede iura preimunt.
5 Discurrunt, cinguntque fcris ululatibus urbem,
More canum, solis lux ubi mersa latet.
6 Ensis inest labiis, comes est jactantia linguae,
Seque putant nullo teste nefanda loqui.
7 His, Deus, illudes, & qui mihi sœva minatur:
Materies risus devius orbis erit.
8 Viribus hostilis ovat, sed te sequar, optime rerum,
Ne peream, vindex tu mihi semper ades.
9 Me tua prævertet levibus clementia pennis,
Dulcibus & votis, hoste cadente, fruar.
10 Ne tamen hostiles acies simul obrue, naucti
Otia dedilcant ne tua facta pii.
Sparge sed obstantes, & spargas demete sensim,
Sospite me, clypei quem tegit umbo tui.

- 11 Has meruit fastus simul, & perjuria poenas,
Linguaque felle tumens & lita labra dolis.
12 Hos furor extinguat tuus, ut tibi subdita discant:
Sceptra Palestinae, quotquot & orbis habet.
13 Discurrent, cingantque feris ululatibus urbem,
More canum, solis lux ubi mersa latet.
14 Discurrent, quærantque dapes, cogantur at atram;
Dum redeat terris lux nova, ferre famem.
15 Tu mihi mane novo, Deus, & cantabere fortis,
Et bonus, afflito tu quia lenis ades.
16 Tu mihi carmen eris. mea vis & ahenea turris.
Es mea. tu rupes, unus & auctor opis.

P S A L M U S L X..

Deus repulisti me, &c.

- E N, Deus, extores peregrinae gentis in oris
Spargimur: haec irae sunt documenta tuæ.
Redde jubar solitum: Tellus tremit ima dehiscens
Tu quassam repara, stringe quod intus hiat.
3 Turbarunt miseras ate data pocula mentes:
Sensimus & nimio pondere colla premi.
4 Nunc fidei, pactique menor vexilla piorum.
Erigis, & populi signifer ipse tui es.
5 Tu tibi dilectum superis de sedibus audi,
Dumque vibrant hostes spicula, tende manum.
6 Vox hilarat me sacra Dei, quo vate Sionothi
Metiar, & Sichemæ partiar urbis agros.
7 Cum Giliadæs subdam mihi rura Manassæ,
Juda dabit leges, gens Ephraïma viros.
8 Juncta Moabæis populis juga dives Idume
Induet, imperiis obsequiosa meis.
Quaque Palestina pingues gens incolit oras,
Vieta gravi bello nostra tropaea canet.
9 Quo duce munitæ succedam mœnibus urbis?
Gentis Idumææ quo duce regna petam?
10 Qui prius exofas acies educere bello
Jure recusasti, tu, Deus, arma reges.

58 P S A L M U S L X I , & L X I I .

- 11 Fer bonus auxilium , nos dum ferus obsidet hostis.
Te , Deus , excluso , nemo ministret opem.
12 Numinis auspiciis pugnabitur : hostica pubes
Concidet , & pedibus colla premenda dabit.

P S A L M U S L X I .

Exaudi Deus deprecationem meam , &c.

- Æ Theris aurati rector , mea suspice vota ,
Et placidus pronâ , quae loquar , aure trahe .
2 Orbis ab extremo te poscam limite , pc&tus
Dum miser , ah , curis sentio mille premi .
Tende manum fessò , securam scandere rupem
Da miki , semotam quam nimis esse queror .
3 Tu mihi portus eras , fureret cum fluctibus aequor ;
Inter & hostiles turris ahena minas .
4 Æternum loca sancta colam , te fretus , & alis
Rebus in angustis protegar usque tuis .
5 Audisti miseri gemitus & vota , piisque
Debitus , hæreditis jam mihi cessit honos .
6 Aurea tu regi produces tempora vitae ,
Multaque pro paucis vivere secla dabis .
7 Hic tua templa colet , dum vescitur aethere : custos
Hinc tua sit bonitas , cingat & inde fides .
8 Ergo tuas referam laudes , & debita solvam
Vota , mihi donec spiritus ossa reget .

P S A L M U S L X I I .

Nonne Deo subiecta erunt , &c.

- M Ente Deum tacitâ veneror , spes omnis in illo est .
Ille salutiferam fert mihi promptus opem .
2 Arx Deus est , clypeusque mihi , portusque salutis
Unicus : incutient nulla pericla metum
3 Ecquis eisit tandem scelerum modus ? Ecqua malorum
Meta , quibus nimium nocte dieque premor ?

Mox

Mox ruet in præceps meus hostis; ut atiete pulsa
Moenia, vel putri saxa soluta situ.

4 Deturbare gradu me dum parat aemulus, astu
Rem gerit, & fraudes necdere dulce putat.

Callidus incauto blanditur, & ore precatur
Prospera, dum diras pectori mille tegit.

5 Tu tamen has inter Dominum mens suipice turbas.
Spes ope coelesti sustinet ille meas.

6 Arx Deus est, clypeusque mihi, portusque salutis
Unicus. Incutient nulla pericla metum.

7 Ille meae rupes & fons & gloria vita est,
Illiis arbitrio res ego credo meas.

8 Fidite mortales Domino, mentisque recessus
Pandite: spe mentes erigit ille pias.

9 Futile deprendes, nimiumque volatile vulgus,
Estque paludati purpura vana chlori.

Lancibus impositos trurina ventosque virosque,
Gens hominum certe plus levitatis habet.

10 Nec populi spoliis, rebus nec fide caducis,
Nec jacta nimias ambitiosus opes.

11 Non semel est rerum dominus, me teste, professus
Cuncta suo nutu consilioque regi.

12 Hunc penes est bonitas, hoc jus d'cente viritim,
Digna suis meritis praemia quisque refert.

P S A L M U S L X I I I .

Dens, Deus natus ad te, &c.

T U mihi, rerum opifex, Deus es, te in vota vocabo,
Sol ubi purpureo reddit ab axe diem.

Te sitio, te membra famie tabentia poscunt,
Hic ubi nec seges est, unda nec apta siti.

2 Inter tesqua tuas mens optat cernere vires,
Liminis & sancti luce priore frui.

3 Dulcior hic vitâ favor est tuus: ergo rotundo
Montibus in mediis te, Deus, ore canam.

4 Ad tua devotas atrollens atria palmas,
Te recolam, terrae dum vagus hospes ero.

5 Hic

60 P S A L M U S L X I V.

- 5 Hic ego te spectans, epulis saturabor opimis,
Gestiet hic laudes tollere lingua tuas.
6 Tu mihi carmen eris, furvâ seu noctis in umbra
Excubo, tranquillâ sive quiete fruor.
7 Me quia juvisti pridem, pater alme, sub alis
Elanda tuis posthac otia latus agam.
8 Te quoque pone sequar, mens te mea deperit unum,
Me tua nam validâ dextera fulcit ope.
9 At mihi quae fraudem struit & metuenda minatur
Hostica gens imâ sorpta dehiscet humo.
10 Agminis infesti vindex latus hanriet ensis,
Membraque discerpent sanguinolenta ferae.
11 Gestiet interea Domino rex fretus, & illum
Pectore sincero quisquis & ore colit.
Sed Deus his linguam compescet perpetue freno,
Quos certare dolis & dare verba juvat.

P S A L M U S L X I V.

Exaudi Deus orationem, &c.

- M E Deus exaudi, precibus dum sidera pulso,
Tu mihi de trepido pectore pelle metum.
2 Dexter ades, seu clam conspirat callidus hostis,
Tu quia de sacro colle vocatus ades.
3 Me male transactae presterunt crimina vitae,
Sed tuus haec vitae crimina tollet amor.
4 Felices nimium, rerum quos feligis auctor,
Quosque sequestratos ad tua sacra vocas.
Sancta Sionaei gens haec colet atria templi,
Mille voluptates adferet illa domus.
5 Auctor opis, vitaeque parens, dum concipis iras,
Justitiae promis tristia signa tue.
Numine te fudit, te suspicit ultima tellus,
Quisquis & extremum trans mare testa colit.
6.7 Tu valido munis & firmas robore montes,
Tu maris & populi murmura vasta premis.
8 Cum tua de coelo funduntur spicula, passim
Ultima terratum quassâ pavore tremunt.

Tu

P S A L M U S L X V I .

61

- Tu simul Hesperium recreas & litus Eoum,
 Tolis ubi supero fundis ab axe jubar.
- 9 Tu bonus aiva rigas & diras flumine pleno,
 Surgit & imperio messis ubique tuo.
- 10 Tu, Deus, humectas valles, saturataque vernis
 Imbris aspergunt germine fidet humus.
- 11 Aureus annus erit, te foecundante novales.
 Farraque sub pedibus fundet opimus ager.
- 12 It coines ubertas & pleno copia cornu,
 Arida quae laeto pascua rore beat.
- 13 Tu gregibus colles operis, in vallibus imis
 Tu segetum culmos luxuriare jubes.
- Te sara, te domino latrantur mollia prata.
 Laudibus hic cernas omnia plena tuis.

P S A L M U S , L X V I .

Jubilate Deo omnis terra, &c.

- E Ia age, læta Deum celebra gens incola terrae,
 Factaque supremi fer super astra patris.
- 3 Dic, Deus ô quantis crbem terroribus imples!
 Roboie quam valido colla proterva domas!
- 4 Te canat, & domino supplex tibi serviat Eos,
 Tolis & occiduis subdita terra rotis.
- 5 Discite mortales superi miracula regis,
 Tota quibus rerum machina testis erit.
- 6 Illius imperio resugi inaris aruit unda,
 Preslaque sunt hilari flumina sicca pede.
- 7 Despicit hic terras, & mundi sceptra gubernat,
 Altaque sidereo sub pede colla premit.
8. 9 Voce Deo clara mortales solvite grates,
 Sospitat ille animas, dirigit ille pedes.
- 10 Sorte, pater, variâ rui nos exercuit olim
 Dextera. sic aurum septima flanima probat.
11. 12 Pes haesit laqueo, cinxerunt vincula lumbos;
 Hostis & immisis tempora pressit equis.
- Nec vada, nec flammea deerant; post milie pericla,
 Tu tamen optatâ das statione frui.

F

13 Eigo

62 P S A L M U S X L V I I .

- 13 Ergò tuis , magni rex & pater aetheris , aris
Vota soluturus debita dona feram.
- 14 Dona feram promissa prius , fors aspera vitam
Dum quateret , miseris obrueretque modis.
- 15 Agna tibi vitulusque cadent , & corniger hitcus ,
Nec dectunt sacris mascula tura foci.
- 16 Huc ades , aetherei quisquis colis atria regis ,
Accipe quam rebus consulat ille meis.
17. 18. Hunc ego compellans laudavi voce canorâ ,
Impia qui mandat vota ferenda Notis.
- 19 Audiit ille preces & verba carentia fuco ,
Et captus voti simplicitate fuit.
- 20 Laudibus hunc omnes celebrent ; favet ille precanti ,
Nec tetricus famulo ferre recusat opem.

P S A L M U S L X V I I .

Deus misereatur nostri , &c.

- M Itis ades , ceptisque fave , mentisque tenebras ,
Alme parens , vultus discute luce tui.
- 2 Nos tua securos duc per vestigia , tutum
Omnibus & populis pande salutis iter.
- 3 Te plebs , te proceres , sexus te praedicet omnis ,
Et puer impubes , invalidusque senex.
- 4 Dicat Io populus , justus tu jura gubernas ,
Paret & imperio terra fretumque tuo.
- 5 Te plebs , te proceres , sexus te praedicet omnis ,
Et puer impubes , invalidusque senex.
- 6 Auspice te , felix omnis dabit omnia tellus ,
Audiet & domini vota benignus ager.
- 7 Nos , Deus , adspicies placidus : tremet ultimus orbis ,
Omnibus & populis tu venerandus eris.

P S A L M U S L X V I I I .

Exsurgat Deus & dissipentur, &c.

- A Etheris exsurgat Dominus, turbentur & hostes,
Et cito dent trepidae turpia terga fugae.
- 2 Impius hoc coram vanescet, fumus in auras
Sic abit, & minimo cera calore fluit.
- 3 Gaudia sed versans animo, vaga sidera cantu,
Et pede festivo gens pia pulset humum.
- 4 Efferet exultans tellus venerabile numen
Judicis, auratis qui premit astra rotis.
- 5 Patribus hic orbam sobolem, viduasque maritis
Providus è coeli protegit arce nurus.
- 6 Prole beat steriles, captivis vincula demit,
Et premit hirsutis hostica tecta rubis.
- 7 Tu, Deus, Isacidis olim per inhospita tesqua,
Invia tu, memini, per loca ductor eras.
- 8 Intremuit tellus, sudarunt sidera, Sinae
Ardua nutarunt culmina, tacta metu.
- 9 Gentis at electae ditasti rura quotannis,
Dulcis & in siccis depluit imber agros.
- 10 Has tibi dilectus populus nunc incolir oras,
Hic bonus afflictis hospita recta paras.
- 11 Hic tua matronae cecinerunt bella pudicae,
Armaque virgineus vexit in astra chorus.
- 12 Foeda paludati verterunt terga tyranni,
Dives & imbelli praeda fuere gregi.
- 13 Membra tuo piceâ quamvis fuligine tintæ
Sint populo, veniet priscus in ora nitor.
Sic micat argenti radians candore columba,
Aurea quam jaculis ocius ala rapit.
- 14 Sic, ubi coelestis dispersit dextera reges,
Par nivibus rupes sacra Sionis erat.
- 15 Non ita Salimonis carent juga tempore brumæ,
Non ita Bazanis sidera lambit apex.
- 16 Quid juga turgetis? Deus unâ rupe Sionis
Gaudet, & hic figet tempus in omne Iarem.

- 17 Mille Deo parent coeli stellantis alumni.
 Cum lubet, innumeris imperat ille rotis.
 Cingitur his Dominus, qua fert vestigia. Sinet
 Non secus in sacris constitit ante jugis.
- 18 Ille triumphali scandit factaria pompā,
 Ponē catenatos jussit & ire duces.
 Munera nec pompaē sacerant: ex hoste receptas
 Exuvias adytis intulit ille sacris.
- 19 Rerum opifex, opifexque Deus tollatur in asta:
 Nos cumulat donis jngiter ille suis.
- 20 Protegit ille pias coelesti numine mentes,
 Ille tuas claudit, mots, aperitque fores.
- 21 Hostica scd certo transfiget tempora ferro,
 Gentis & imputae sanguine tela linet.
- 22 Rursus, ait, populum spatioſa per aquota ducam,
 Arvaque, quae parent legibus, Oge, tuis.
- 23 Cura ttiumphantes sua tingent sanguine tegum,
 Et lambent avidi vulneta ctuda canes.
- 24 Vedit & obſtupuit populus, comitante catervā
 Cum peteret niveis aurea templa rotis.
- 25 Cantores ptaceunt, ſequitut lyta tinnula, pulsant
 In medio tenetæ lymphana tauca nurus.
- 26 Quisquis ab Isacidis generis primordia ducis,
 Numinis in ſacro pande tropaea choro.
- 27 Haec quoque Benjamini refent, Judaeque nepotes,
 Et Sabolonaei Neplithalidaeque duces.
- 28 Haec tua, rex ſupelum, ſtabilivit dextera. fotti
 Maſte animo & dextrae facta tuere tuae.
- 29 Ex adytis vim promie ſactis, opulenta tyranni
 Ut tibi curvato poplite dona ferant.
- 30 Perde truces acies, quas paſſim robore vasto,
 Tristibus & jaculis ſternere cuncta vides.
- Hos dele, qui bella crepant, argentea coge
 Hos tibi ſubmiſſo niunera ferre genu.
- 31 Aethiopum tunc ora tuas venerabiliur aras,
 Et veſtigalis barbara Memphis erit.
- 32 Tollite rectorem coeli ſuper aetheta reges,
 Quaeque decet, doniro ſolvite vota Deo.
- 33 Ille triumphali tranſcendit ſidera curiu,

- Et prius est saeclis, & sola voce quatir.
34 Cuncta Dei vires celebrent: his nubila coeli
 Frenat & Isacidum protegit ille dominum.
35 Rupe sedens sacrâ quam formidabilis orbi
 Est Deus Isacidum, Coelicolumque parens!
 Ille suo populo fons est & roboris auctor;
 Illius excluso fine perennet honos.

P S A L M U S L X I X.

Salvum me sic Domine, &c.

- F**er, Deus, auxilium, dum fluctibus obruor altis,
 Deficit & medias spiritus inter aquas.
2 Veitidis extremum gurges supereminet, haerent
 Intricata putri crura pedesque luto.
3 Dum clamo, speroque miser meliora, fatiscit
 Mens mihi, vox aret, lumina torpor habet.
4 Impia gens odiis me quae nil tale merentem
 Opprimit, est numero verticis aequa pilis.
 Viribus & superans mihi nullo crimine partas
 Per scelus extorquet barbarus hostis opes.
5 Simplicitas tibi nota mea est, delictaque vitae;
 Quidquid & in caeco pectore labis inest.
6 Ne nostri pudeat castae pietatis amantes
 Da, Deus, Isacidum qui bonus arma regis.
7 Tu mihi causa mali es, te propter perfero clades.
 Pro dolor, indignus turpat & ora pudor.
8 Me fratres oderunt mei, peregrinus & illi,
 Heu, videor cui lac praebuit una parens.
9 Me populi, templique tui dispendia torquent,
 Quaeque vibrant in te, me quoque tela petunt.
10 Fletibus indulsi, lacrimis jejunia junxi,
 Opprobrii pictas sed mihi causa fuit.
11 Lugubri quoties velavi corpus amictu,
 Crudeli petiit me sera turba joco.
12 Me quoque qui leges dat in urbis limine iudeze
 Sibilat, & nimio rauca taberna mero.
13 Tempestiva, Deus, tibi fundo vota: precanti

Annuē: te bonitas cingit & alma fides.

14 Pelle truces hostes, me, ne vorer, eripe coeno,
Et fer opem, vasti dum furir ira maris.

15 Absit ut infandae renebris involvar abyssi,
Et peream tumidas naufragus inter aquas.

16 Me bonus exaudi propius, totiesque probatus
Pristinus in tenero pectori persistet amor.

17 Rebus in afflictis famulo ne tetricus ora
Subtrahe, sed positis suscipe vota moris.

18 Dexter ades, propiusque veni, vitamque tuere
Ocius, hostiles dum timet illa manus.

19 Turpia te corā miscens opprobria sannis,
Cladibus insultat gens inimica meis.

20 Haec mihi sexcentis lacerarunt pectora curis,
Haec mihi tabifaci causa doloris erant.

Quaesivi frustra qui solarentur amicos,
Nec socii nostris ingemueie malis.

21 Inter & aerumnas quibus intricabar, aceto
Mixta propinarunt pocula, felle dapes.

22 Haec, precor, implicitos epulis gens devoret annos,
Et pereat gazis illaqueata suis.

23 Lumina, ne videant, picea caligine fusca;
Occupet & gelidus crura soluta riemor.

24 Quem premis indomiti fluctus effundē furoris,
Et semel ardentes nesciat ira modum.

25 In dominos everte lares & praedia vasta,
Nullus & haec haeres tecta vel arva colat.

26 Scilicet hi famulo, quem tu premis, acrius instant,
Irritantque tuā vulnera facta manū.

27 Crimina criminibus cumula, nec judice quisquam
Te speret placido proprioque frui.

28 Hos tabulis erade tuis, vitaque perennis
Absit in archivis nomina laeva notes.

29 At pater, oppressum curis & forte maligna
Me tui coelesti dextera servet ope.

30 Tunc ego de lacto depromam pectori grates,
Et mihi ru, rerum conditor, hymnus eris.

31 Gratias hoc certe est, vitulus quam corniger aras
Ante cadens bifido cum pede pulsat humum.

P S A L M U S L X X . & L X X I . 67

- 32 Gestiet haec spectans humilis, coetusque piorum,
Omnibus & veniet priscus in ora vigor.
- 33 Est inopum tutela Deus, nec despicit illos,
Compede quos vindos carcer opacus habet.
- 34 Nilius attollant laudes polus, aequora, tellus,
Quidquid & arx coeli, caerulea, terra fovent.
- 35 Ille manu forti reparabit moenia Judae,
Tecta Sionae proteger illc domus.
- 36 Hic figet gens sancta larem serique nepotes,
Qui pede devoto pone sequuntur avos.

P S A L M U S L X X .

Deus in adiutorium meum, &c.

- H**uc, Deus, adpropetans me tutelatis armis
Assere, nec patriam, quam peto, differ opem.
- 2 Terga precor, vertat, qui vim, qui tela minatur,
Inquinet & turpis, dum fugit, ora pudor.
- 3 Huic fuga sit merces, me qui perulante cachinno,
Excipit, & damnis pascitur usque meis.
- 4 Scd quisquis te poscit opem, te Numine freatus
Getiat, in laudes solvat & ora tuas.
Quique tuae fudit dextrae, speratque salutem,
Optet ut in terris sit tibi perpes honos.
- 5 Ali premot adversis: te solo vindice nitot.
Nunc ades, invisas & mihi pelle moras.

P S A L M U S L X X I .

In te Domine speravi, &c.

- A**lme patens retum, spes te mea respicit unum:
Ne mihi fit Dominum te coluisse pudor.
- 2 Eripe me tuis, qui jus tutaris & aequum,
Nec mea da rapidis vota ferenda Notis..
- 3 Sis mihi tu rupes, dum saevit & ingruit hostis,
tis, Deus, in mediis turris aliena malis.
- Tu quibus incolumis servar mandata dedisti,

- Annie : te bonitas cingit & alma fides.
- 14 Pelle truces hostes , me , ne vorer , eripe coeno ,
Et fer opem , vasti dum furit ira maris.
- 15 Absit ut infandae tenebris involvar abyssi ,
Et peream tumidas naufragus inter aquas.
- 16 Me bonus exaudi propins , totiesque probatus
Pristinus in tenero pectori persistet amor.
- 17 Rebus in afflictis famulo ne tetricus ora
Subtrahe , sed positis suscipe vota moris.
- 18 Dexter ades , propiusque veni , vitamque tuere
Ocius , hostiles dum timet illa manus.
- 19 Turpia te coram miscens opprobria sannis ,
Cladibus insultat gens inimica meis.
- 20 Haec mihi sexcentis lacerarunt pectora curis ,
Haec mihi tabifici causa doloris erant.
- Quaesivi frustra qui solarentur amicos ,
Nec socii nostris ingenuere malis.
- 21 Inter & aerumnas quibus intricabar , aceto
Mixta propinarunt pocula , scelle dapes.
- 22 Haec , precor , implicitos epulis gens devoret annos ,
Et pereat gazis illaqueata fons.
- 23 Lumina , ne videant , picea caligine fusca ,
Occupet & gelidus ciura solura tremor.
- 24 Quem premis indomiti fluctus estimde furoris ,
Et semel ardescens nesciat ira modum.
- 25 In dominos everte lares & praedia vasta ,
Nullus & haec haeres testa vel arva colat.
- 26 Scilicet hi famulo , quem tu premis , acrius instant ,
Irritantque tuâ vulnera facta manu.
- 27 Crimina criminibus cumula , nec judice quisquam
Te speret placido propitioque frui.
- 28 Hos tabulis erade ruis , vitacque petiennis
Absit in archivis nomina laeva notes.
- 29 At pater , oppressum curis & forte maligna
Me tuae coelesti dextera servet ope.
- 30 Tunc ego de laeto depromam pectori grates ,
Er mihi tu , rerum conditor , hymnus eris.
- 31 G:atius hoc certe est , vitulus quam corniger aras
Ante cadens bifido cum pede pulsat humum.

P S A L M U S LXX. & LXXI. 67

- 32 Gestiet haec spectans humilis, coetusque piorum,
Omnibus & veniet priscus in ora vigor.
33 Est inopum tutela Deus, nec despicit illos,
Compede quos vindos career opacus haber.
34 Illiū attollant laudes polus, aequora, tellus,
Quidquid & arx coeli, caerulea, terra fovent.
35 Ille manu forti reparabit moenia Judae,
Tecta Sionae proteget ille domus.
36 Hic figet gens sancta larem serique nepotes,
Qui pede devoto pone sequuntur avos.

P S A L M U S LXX.

Deus in adjutorium meum, &c.

- H Ue, Deus, adproperans me tutelaribus armis
Assere, nec patriam, quam peto, differ opem.
2 Terga precor, vertat, qui vim, qui tela minatur,
Inquiet & turpis, dum fugit, ora pudor.
3 Huic fuga sit merces, me qui petulante eachinno,
Excipit, & damnis paseitur usque meis.
4 Sed quisquis te poseit opem, te Numine fetus
Geltiat, in laudes solvat & ora tuas.
Quique tuae fudit dextrae, speratque salutem,
Optet ut in terris sit tibi perpes honos.
5 Ah premor adversis: te solo vindice nitor.
Nunc ades, invisas & mihi pelle moras.

P S A L M U S LXXI.

In te Domine speravi, &c.

- A Lme parens rerum, spes te mea respicit unum,
Ne mihi sit Dominum te coluisse pudor.
2 Eripe me telis, qui jus tutaris & aequum,
Nee mea da rapidis vota ferenda Notis.
3 Sis mihi tu rupes, dum saevit & ingruit hostis,
is, Deus, in mediis turris aliena malis.
Tu quibus incolumis servar mandata dedisti,

- Arx quia tu vitae praesidiumque meae es.
- 4 Ah , Deus , ah famulum populi trucis eripe dextris ,
Et scelerum socios me procul esse jube.
- 5 Vindice te nitor , teneris qui semper ab annis ,
Unus eras vitae portus & uria salus.
- 6 Matris ab uberibus servasti : matris ab alvo
Me quia traxisti , tu mihi carmen eris.
- 7 Me fugiunt socii ceu fornidabile monstrum :
Spe tamen auxilii tu mea vota foves.
- 8 Da , Deus , ut coelo meritis te laudibus aequem ,
Sintque meo tituli semper in ore tui.
- 9 Ne mihi te subduc , capulo vicina senectus
Dum subit , & periit , qui suit , oris honos.
- 10 Adspicis ut , dentes acuens , conspiret in unum ,
Meque petat tacito gens inimica dolo.
- 11 Hunc , ait , invisum Domino quin impete facto
Obruimus ? Quis enim criminis ultior erit ?
- 12 Sis mihi tu praesto , fer opem placatus , opemque
Duni , pater , optatam fers mihi , rumpe moras.
- 13 O precor , ut pereat me qui petit impius hostis ,
Et pudor obscaenis inquiner ora notis.
- 14 Ast ego te nitar , vox re mea jugiter unum
Esse et , è coelo viribus aucta novis.
- 15 Teque tuamque fidem , benefactaque limite nullo-
Clausia canam , terras dum rora solis obit.
- 16 Clara tuae vates referam miracula dextrae ,
Unius & solium fons mihi laudis erit.
- 17 Haec tenus haec docui populos , sessiliisque fenecta
Jam cano , quae didici , te praeeunte , puer.
- 18 Ne mihi te , vultulo solium ne subtrahe vultum ,
Dum regar ingestâ lumine cassius humo.
- Ante tuas populis fas sit mihi pandere laudes ,
Ultima quas tellus posteritasque legat.
- 19 Justitiae qui laude nites & robore polles ;
Magne parens , ecquid par tibi mundus habet ?
- 20 Me manus oppressit tua , sed clementia vitae
Restituit , medis eripuitque malis.
- 21 Auspice te feriani sublimi vertice coelum ,
Er spes in dubiis tu mihi rebus eris.

P S A L M U S L X X I I .

69

- 21 Ergo tuam, Rex magne, fidem mea concinet usque
Barbitos, & tenerae nablia juncta lyrae.
- 23 Gaudia concipiet pectus, paraque salute
Gestiet in laudes lingua soluta tuas.
- 24 Justitiam lux nulla tamen non evehet, hostes
Namque mei totis etubucre genis.

P S A L M U S L X X I I .

Deus judicium tuum Regi, &c.

- 1 D A regi tua iuta, Deus, da natus ut olim
Regius haec possit, te praeante, sequi.
- 2 Ille tuo populo leges feret arbiter aequus,
Imperio tenues proteget ille suo.
- 3 Montibus ex ipsis, palma redimita capillos,
Pax aderit, populis & pia jura dabit.
- 4 Ille patrocinio legum defendet egenos;
Hostis & infenti colla proterva premet.
- 5 Omnia te metuent illo sub principe sacra,
Orbita dum Lunae, Solis & axis erit.
- 6 Ver dabit hic terris, sic misslo desuper imbre
Prata simul tident & modo tonsus ager.
- 7 Candida tum probitas florebit & optima rerum
Pax, vario donec lumine luna nitet.
- 8 Huie vagus Euphrates, huic serviet aequor utrumque.
Imperii tellus ultima limes erit.
- 9 Hunc colet Æthiopum soboles, populusque rebellis
Hoc coram nudo vertice vertet humum.
- 10 Dona ferent Cilices & gens circumdata Ponti
Fluctibus, & sitiens Indus & ussus Arabs.
- 11 Procumbent tumidi submissio poplite reges,
Nullaque non illi terra tributa feret.
- 12 Fortibus hic armis teget & defendet egenos,
Et populum, cui spes nulla resulget opis.
- 13 Et parcer miferis, tenues & nuncit, entes
Franget & hostiles, discutietque dolos.
- 14 Catus erit justi sanguis; feliciter ergo
Ducet inauratos & sine nube dies.

15 Dona

70 P S A L M U S . LXXIII.

- 15 Dona dabunt Arabes , & fausta precabitur orbis
Ultimus , & famae praeco perennis erit.
16 Montibus in summis , parca semente peracta ,
Nascetur domino luxuriosa seges.
Sic Libani vestitur apex conterminus astris ,
Cum levis aëreas ventilat aura cedros.
Utque viret gramen pratis in mollibus , illi
Subdita florebunt oppida , foeta viris.
17 Illius in regnis fulgebit gloria , donec
Purpureo nitidum Sol vehet axe diem.
Audiet hic felix , felices reddet & urbes
Et populos , vastâ quos ditione tenet.
18 Ergò Dei , qui mira potest & perficit unus ,
Crescat in immensum non fugiturus honos.
19. 20 Qui regit Isacidas , titulis illustribus orbem
Impleat , & fama Solis utramque domum.

P S A L M U S . LXXIII.

Quam bonus Israël , &c.

- Q UAM favet Isacidis Rex qui rotat aetheris orbes ?
Ille sacri quanto flagrat amore gregis !
2 Me tamen implicuit non extricabilis error ,
Pesque vatillavit , mens quoque caeca fuit.
3 Indolui , spectans scelerum florere ministros ,
Et dare propitiis impia vela Notis.
4 His superant vires & inexpugnabile robur ,
Et manet in senibus , qui fuit ante vigor.
5 Dura premunt alios & nubila tempora , puri
His redeunt soles & sine saece dies.
6. 7 Corda tument fastu , vis armat pectora , turgent
His oculi , nec mens , quas habet , aequat opes.
8 Excutit os frenum , spirans fraudelque , necelque ,
Audet & in circo grandia verba loqui.
9 Nec scelerum modus est ; acuunt in sidera linguas
Nequiter , inque homines dira venena vomunt.
10 Haec spectans hoc vertit iter , sua castra relinquens ,
Vir pius , irati quem rapit iuncta freti.

11 Ec-

- 11 Ecquis , ait , supera Deus haec despectat ab arcc :
Ecquis in aethereo pectore sensus inest ?
- 12 Ecce Dei gens haec cultum dum protcrit omnem ,
Floret , & immensas per scelus angēt opes.
- 13 Quid mea me juvit pietas ? Quid peccus honestum
Profuit , aut insons & sine labe manus ?
- 14 Undique me lethi sepfit gravis horror , & omnis
Lux fuit in poenas ingeniosa mcas.
- 15 Haec ego si promam pater orbis & aibiter , aures
Offendet populi vox minus aequa tui.
- 16 Ah ego dum rerum causas exquiror latentes ,
Deficio , & cassum lumine peccus hebet.
- 17 Tu tamen è sacris adytis , pater aetheris alti ,
Me gregis istius fata futura doces .
- 18 In juga tu fontes duxisti lubrica , pronos
In caput hinc volvi praecipitesque jubes .
- 19 Quam gravis est lapsus , quam tristis & aspera clades !
Quamque repentina fulmine corda quatit .
- Sors gregis istius vanescit , imaginis instar ,
Quae fugit , ignavus mox ubi somnus abiit .
- 20 Tu Deus evigilans fastum calcabis , & illas ,
Quas' nimium jactat fastus inanis , opes .
- 21 Ante miser tacitā torquebar mente , cucurrit
Et mihi tabificus fracta per osla dolor .
- 22 Ast ego desipui , nec me levis error habet at :
Menisque sub insipido pectore bruta fuit .
- 23 Te tamen assidue fruor , & ne forte vacillet
Pes dubius , dextra fulcior usque tua .
- 24 Consilio tu cacca tuo vestigia flectis ,
Et cinges posthac perpetue fronde comam .
- 25 Quis mihi tecum practer supera succurret ab aula ?
Quid quod amem , nisi te , summa vel imadabunt ?
- 26 Membra mihi quoties anima fugiente fatiscunt ,
Tu vigor es vitae deliciumque meae .
- 27 Ibit in exitium tua quisquis signa relinquit ,
Gaudet & alterius transfuga castra sequi .
- 28 Ast ego te solum sectari dulce putabo ,
Et tua , sis cum spes tua mea , facta canam .

P S A L M U S L X X I V .

Ut quid Deus repulisti, &c.

- C**ur, Deus, aeternum nos deseris? Acribus iris
Cur tibi dilectas depopularis oves?
- 2** Te populi veteris, te sacri cura peculi
Tangat, & ante oculos sit tibi sancta Sion.
- 3** Ocius adproperans, sceleratas obrue gentes,
Sacrilega violent dum tua templo manu.
- 4** Pro pudor, in medio feralis buccina coetu
Clangit, & in muris fixa tropaea vides.
- 5** Claruit hic olim qui caesis undique silvis
Intulit arboreas in tua templo trabes.
- 6** Nunc operosa ruit luxata bipennibus aedes,
Et caelarurae nobilioris opus.
- 7** Ignibus injectis foedarunt atria templi,
Quod colis, aequarunt culmina summa solo.
- 8** Fana quot hiis restant, dicebant, perdite flammæ.
Cuncta simul jussæ corripuere faces.
- 9** Nulla quibus fidam superant oracula, nemo
Cernitur hic vates, nemo futura videt.
- 10** Quo, Deus, usque truces acuet gens hostica dentes?
An tuus aeternum prostituetur honos?
- 11** Cur tia se nobis subtraxit dextera? Vires
Exere, deque sinu deside prome manum.
- 12** Tu mihi rex olim, rerum & tutela mcaium,
Tu populi columen spesque salutis eras.
- 13** Te dominum agnoscens tumidum se diffidit aequor,
Obruit & Pharios unda reversa duces.
- 14** Cautibus illis perit cum milite ductor,
Et data sunt avidis osla voranda feris.
- 15** Dura silex latices effudit, & alveus alri
Fluminis attonitas aruit inter aquas.
- 16** Tu jubat auratum folis diffundis in orbem,
Et stabili noctem lege diemque regis:
- 17** Imperioque tuo, medio stat in aere tellus
Septa vadis, aeltas ardet, & alget hiemis.

- 18 Adspice sacrilegi populi convicia, laudes
Qui premit & stulto deterit ore tuas.
- 19 Turturis, ah, vitam ne milvis objice, curam
Nec gregis afflicti deleat ulla dics.
- 20 Vive memor pauci: nequicquam quaerimus umbras.
Scilicet hostilis regnat ubique furor.
- 21 Absit ut afflito turpis pudor inquiet ora:
Da potius laudes ut canat ille tuas.
- 22 Evigila, causamque tuam ne defere, probri
Vive memot, quo nos stulta caterva premit.
- 23 Hostiles expende miuas; en prurit in arma,
Inque dies crescit seditiosa manus.

P S A L M U S L X X V.

Confitebinur tibi Deus, &c.

- L**ingua, Deus, te nostra canet, tibi solvere g̃tates,
Perque tuas laudes barbitos ire patat.
- T**e tua praesentem monstrant miracula tetris,
Et tuus hinc orbi fit manifestus amor.
- 2 Mox, sis, assumam gentem mihi foedere vinciam,
Legibus & sanctis justitiaque regam.
- 3 Cum populis luxata licet, liquefactaque tellus
Diffluat, illa mea restituetur ope.
- 4 Vana cohors, dixi, scelerum quid freна relaxas?
Stulta, quid elatis cornibus astra feris?
- 5 Desine, gens exlex, coelo, Dominoque iniuari,
Decline praefracto gutture verba loqui.
- 6 Nec Notus aut Boreas dat opes, fascesque, ucc Eos,
Nec plaga, sc vitreis Sol ubi mergit aquis.
- 7 Jura dat humanis Divina potentia rebus.
Hunc levat, hunc pedibus, cum lubet, illa premit.
- 8 Tu, Deus, undantem pateram fets vindice dextia,
Mixtaqie purpureo sunt aconita mero.
- Hos meritae devota neci gens impia succos
Ebiberet, & quidquid pocula faecis habent.
- 9 Te, patet Iacidum, sublimi carmine tollam,
Dum stabilis tellus, mobilis aether erit.

74 P S A L M U S LXXVI. & LXXVII.

10 Colla premiam tunidis; sed cultor juris & aequi
Surget humo, merito cinctus honore comas.

P S A L M U S LXXVI.

Notas in Iudaea Deus, &c.

- S**ancta Deum Iudaea colit, virtutis & ille
Isacidum populo dat documenta suae.
2 Ille sacro solio Solyman delegit ainoenam,
Ille Sionaea gaudet in aede coli.
3 Hic Clypcos, ensesque ducum confregit & arcus,
Et bellatrici tela vibrata manu.
4 Tu, Deus, immanes superas virtute leones,
Quos tegit in tetricis Silva remota jugis.
5 Hostibus obrcpsit sopor, & te vindice, dextræ
Diriguere metu, praedoque praeda fuit.
6 Vox simul intonuit coeli de vertic, currus
Impetus, & volucres vis sua liquit equos.
7 Te temnit accenso tellus. Ultricibus iris
Quis quest & telis obvius ire tuis?
8 Cum tua de coelo populis mandata dedisti,
Conticuit sacro terra retenta metu.
9 Vedit & obstupuit, lcx cum coelestis egenis
Attulit optatam, dum premerentur, opem.
10 Te canet hostili nuper quae ferbuit ira
Turba ferox: reliquis protinus ora premes.
11. 12 Concipe vota Deo, qui terret fulmine terras,
Quodque voves posito, gens pia, solve dolo.
Munera sc̄r Domino, qui colla tumentia fastu
Proterit, & regum sceptra pavore quætit.

P S A L M U S LXXVII.

Voce meâ ad Dominum, &c.

- V**ota meo supplex fudi Dominoque, Dcoque.
Audiit ingenuas impiger ille preces.
2 Ager opem petii, sed nocte re cruduit atrox

- Vulnus, & auxilium respuit omne dolot.
 3 Sidera suspiciens implevi questibus auras,
 Et mens curarum mole sepulta fuit.
 4 Tristibus ex oculis somnum, Deus, excutis omnem,
 Et dolot infestus non semel ora premit.
 5 Saepe quod exegi subit irreparabile tempus,
 Et pede qui volvcri praeteriere dies.
 6 Plectra miser rccolo, longae solamina noctis,
 Et mecum vigili sic ego mente queror:
 7 An Dcus afflictis aeternum subtrahit ora?
 An soliram posthac ferre negabit opem?
 8 Illius an sumptis fugit clementia pennis?
 An data sunt agili vota ferenda Noto?
 9 Priscus an ex animo favor est erasius amoris
 An teneri famulis obstruit ira fores?
 10 Haec ego: sed mentem querulo malus abstulit error:
 Nunc recolam dextrae facta priora tuae.
 11. 12 Haec mihi succurrent annalibus etuta priscis:
 Jugiter haec reperet mens pia, lingua canet.
 13 Sunt operum fideique tuae sacraria testes,
 Nec tibi pat supeta regnat in arce Deus.
 14 Inclita fulmineam comirant miracula dextram,
 Et majestatis conscia terra tuae est.
 15 Tu Deus Isacidis, invicto robore cinctus,
 Dempisti Pharii barbara vincla soli.
 16 Te mare conspecto tremuit, fluctusque profundi-
 Protinus & positis oblituere minis.
 17 Nubibus è ruptis imbres cecidere sonori,
 Actaque praecipiti turbine grando ruit.
 18 Fulmina terrebant & mixta tonitrua flammis,
 Et tremuit subito concita terra meru.
 19 Tu mare calcasti, tua sed vestigia delens
 Obruit hostiles unda reducta rotas.
 20 Auspice te sacras Moses cum fratre phalanges
 Duxit, ut etrantes per juga pastot oves.

P S A L M U S LXXXVIII.

Attendite populus meus, &c.

- S**Acra cohors, monitis resera coelestibus aures,
Et memori voces mente reconde meas.
2 Mersa diu tenebris populis oracula pandam,
Omnibus & prisci temporis acta canam.
3 Auribus acceptas, & quas bene novimus omnes,
Res loquar, & sancti quae memorasti avi.
4 Absit ut haec seros celemus facta nepotes,
Miraque pollenti parta tropaea manu.
5 Jura suo populo Dominus, legesque perennes,
Pactaque perpetuo commemoranda dedit.
6 Jussit ut haec fiboli pictas & cura parentum
Proderet, & seclis secla priora novis.
7 Sic Deus aguoscit, sic spem fulcire piorum,
Sic populum voluit, quo jubet, ille sequi.
8 Cura fuit, legum detrectans frena rebelles
Æmula posteritas ne sequeretur avos.
 Mens illis dittorta fuit, nec cura, nec ullus
Numinis in bruto pectore sensus erat.
9 Cur tribus Ephraenii, gravidis incincta pharetris,
Terga dedit, primae cum cecinere tubae?
10 Scilicet infandis violarat foedera dextris,
Spreverat & domini justia tremenda sui.
11 Merserat & tenebris superi miracula regis,
Totque triunphatos, hoc praeeunte, duces.
12 Quem fugiunt coram proavis, quae conditor orbis
Edidit ad portas, barbare Nile, tuas?
13 Hic mare dissecuit, cuniulataque murmure sacro
Æquora securum pandere jussit iter,
14 Sol jubar ut pandit, rexit vestigia nubes,
Noctis & in tenebris prævia flamma fuit.
15. 16 Fluxit & è silicium venis arentibus humor,
Cotis & è medio flumina dulcis aquae.
17 Non tamen abstinuit scelerum gens impia, rupes
Inter inacesias & loca senta situ.

P S A L M U S LXXXVIII.

77

- 18 Mente nefas meditans accedit Numinis iras,
Ingluvies epulas dum petit atra novas.
- 19 Inque Deum linguas acuens, In finibus istis
Delicias populo quas, ait, ille dabit?
- 20 Elicuit faxis latices; an munera farris,
Et quas apperimus proferet inde dapes?
- 21 Talibus accensus rerum Deus arbiter, irac
Strinxit in Isacidas tela timenda suae.
- 22 Scilicet haec superum gens est diffusa parenti
Illi & nihili perfida duxit opem.
- 23 Ille tamen nubes reseravit & horrea coeli,
Unde pluit liquidis aemula manna favis.
- 24 Desuper irrorans mesles suffecit Olimpus.
Omnibus Angelicas praebuit ille dapes.
- 25 His epulis populum Dominus cumulavit ab alto,
Quaeque ligurivit fercula quisque tulit.
- 26 Illius imperio volucres hinc impiger Auster
Pone ruens castris intulit, inde Notus.
- 27 Si numeres, non tot vallatur litus arenis,
Plura nec aestivis corpora pulvis habet.
- 28 Agminis aligeri circum tentoria nubes
Decidit, & patulas texit ubique vias.
- 29 Talibus ingluviem gens haec devota saginac
Pavit, & optatus venit in ora cibus.
- 30 Crescebat scelerata fames, semesaque frusta
Faucibus haeretanr, cum Deus ultor adest.
- 31 Ille saginatos odio stimulatus & ira
Obruit Isacidas, Isacidumque duces.
- 32 Non tamen haec populi mutant miracula mentes;
Nempe sacris monitis derogat ille fidem.
- 33 Ergo Dei iussu gens haec evanuit oninis,
Inter & aerumnas concidit ante dicm.
- 34 Tot mala perperclus rediit, vigiliqne labore
Divinam populns poscere cepit opem.
- 35 Tum subiit, quoties coelesti rectus asylo,
Spreverit instantem depuleritque necem.
- 36 Impia sed blaudae demens mendacia linguae,
Verbaque fundebat bysina texta dolo.
- 37 Blanditias inter medias mens nescia recti,

78 P S A L M U S LXXXVIII.

- Immenior & sancti foederis usque fuit.
 38 His tamen ignovit Deus , & quas fumpserat iras
 Exuit , ultrices abstinuitque manus.
 39 Scilicet humanae subiit sors lubrica vitæ ,
 Æmula quæ venti non redditura fugit.
 40 Irritata Dei quoties patientia vista est ,
 Invia dum populus per loca ferret iter?
 41 Crevit & impietas , brevibus comprehendere metis
 Cum majestatem Numinis ausa fuit.
 42 Mentibus exciderant superae miracula dextræ ,
 Et libertatem quac dedit alma dies.
 43 Nec subeunt animo Phariis quæ nuper in oris.
 Inque Soanaeo gesta fueie solo.
 44 Hic Pelusiaco manarunt sanguine rivi ,
 Nec latices usquam qui biberentur erant.
 45 Alta veneuatis squallebant atiia muscis :
 Scandit & auratos Iurida rana toros.
 46. 47. Bruchus edax segetes , vastarant arva locustæ ,
 Deciderant uvae grandine , mora gelu.
 48 Grandine percussi validi cecidere juvenci ,
 Fulmine lanigeri dispericie greges.
 49 Numinis incaluit furor , invisique Canopi
 Tristibus est Geniis depopulatus agros.
 50 Ira ferox sibi fecit iter , discriminè nullo ,
 Omnibus erosit viscera petlis atrox.
 51 Mors cita primitias sololis , floremque juventæ
 Abstulit , & vites , maxime Nile , tuas.
 52 Ar Deus Ilacidas Phariis eduxit ab oris ,
 Pandit & insolitas per loca sola vias.
 53 Perdius & pernox , inter deserta ferarum ,
 Sic solet imbelles ducere pastor ovcs.
 54 Carpit iter tutum populus , formidine pulsa ,
 Cum Pelusiacos obruit unda duces.
 55 Appulit hue tandem , sacras ubi cernimus aras ,
 Et juga coelesti sub juga missa manu.
 56 Gentibus ejectis Deus illi tecta , laresque ,
 Et distincta suis finibus arva dedit.
 57 Illa tamen ruisus tentavit Numinis iras ,
 Fallere jurati foederis ausa fidem ,

P S A L M U S L X X V I I I . 79

- 58 Rursus ad ingenium rediit, moresque priores,
Et perjuratis aemula vixit avis.
Cornibus adductis oculos sic decipit arcus,
Et facies subito quae fuit ante redit.
- 59 Stulta superstitione celsis in collibus aras
Struxerat, & pictos est venerata Deos.
- 60 His Deus incensus populum sibi foedere junctum
Odit, & exsuperans nesciit ira modum.
- 61 Nec moia, Silonis fugiens sacraria, dixit,
Cara prius tellus, nunc odiosa, valc.
- 62 Numinis & testis locuples & soederis index
Praeda peregrinis arca sacrata fuit.
- 63 Dumque suam contra sobolem Deusasperat iras,
Telaque, sarcilego sanguine riuixit humum.
- 64 Ignibus extinti juvenes cecidere, puellae
Festa novis thalamis carmina nemo dedit.
- 65 Ense sacerdotes perierunt: nulla superstes
Funera quae fieret conjugis uxor erat.
- 66 Mox Deus evigilans aestum convertit in hostes,
Sic fremit à nimio militis ira mero.
- 67 Fossaque sunt illis inhonesto vulnere terga,
Timpis & aeternum venit in ora pudor.
- 68 Non tameu indulxit Siloni soederis arcam,
Sacra nec Ephraemo sceptrum serenda dedit.
- 69 Praetulit his Judae sobolem, sanctaeque Sionis
Culmina, divini captus amore loci.
- 70 Sic sibi templa Deus posuit contermina coelo,
Et duraturo testa coaeva solo.
- 71 Jessiademque legens famulum sibi, linquere caulas,
Jussit, & hirtutos lanigerosque greges.
- 72 Protinus huic sceptrum tribuit, moderator ut esset
Ductor & Abramidum qui modo pastor erat.
- 73 Praefuit hic regno, vigil & prudentia fasces,
Et solii candor cinxit utrumque latus.

P S A L M U S LXXXIX.

*D*ius, *venerunt gentes, &c.*

- T**elluris coelique parens & rector, agellum
En tibi devotum barbarus hostis habet.
En tua flagitiis incestat tempa nefandis,
Et ruit arx Solimes & jacet aequa solo.
- 2** Ah, gregis electi depascitur ilia vultur,
Dantur & infestis membra voranda lupis.
- 3** Moenia caede madent, undat per compita sanguis,
Osla legit nemo, cespitc nemo tegit.
- 4** Interea nostras ridet gens accola clades,
Orbis & opprobrium, ludibriumque sumus.
- 5** Ecqua tuas, rerum genitor, lux finiet iras?
Ignis an in morem perpetis usque fremes?
- 6** Numinis ignaros & te qui poscere votis
Detrectant, irae fac documenta tuae.
- 7** Segregis in populi jugulum manus impia ferrum
Merlit, & est sacros depeculata lates.
- 8** Milie modis premitur; tu quae patravimus olim
Dele animo, promptam lenis & adser opem.
- 9** Asterr semineces, & naevos elue, laudes
Nominis ut celebrent terra fretumque tui.
- 10** Cur mala progenies sic se um musilitat, Illud
Quod colit Abramidum natio, Numen ubi est?
Ultor ades, populoque tuo spectante, rebelles
Obrue, qui nostro sanguine tela linunt.
- 11** Suscipe captivi gemitus, mortisque propinquae
Impia pollenti vincula solve manu.
- 12** Te quibus adspergit sacrae gens accola terrae
Probra, parens rerum, multiplicata refer.
- 13** Hoc tibi solennes reddet pro munere grates
Grex pius, & laudes concinet usque tuas.

P S A L M U S LXXX.

Qui regis Israël, intende, &c.

- 1 A dfer opem Solymae pastor, cui luce coruscâ
 Spiritus hinc ales cingit & inde latus.
 2 Proine jubar viresque tuas, spectante Manassa,
 Et patris Ephraemi Benjaminique tribu.
 3 Arbiter armorum, palantes collige, vultum
 Redde tuum; vitam protinus ille dabit.
 4 Quo furor usque tuus, belli, pater, optime, praeses?
 Nostra dabit levibus vota ferenda Notis?
 5 Tu lacrimis epulas, lacrimis tu mixta dedisti
 Pocula, nec fuit his meta modusve malis.
 6 Impia, quas patimur, risit vicinia clades,
 Motaque de spoliis rixa molesta fuit.
 7 Arbiter armorum, palantes collige, vultum
 Redde tuum; vitam protinus ille dabit.
 8 Gentibus excisis hic vinea floruit, arvis
 Quam tua de Phariis transtulit ante manus.
 9 Auspice te, Solymae radices fixit in oris
 Altius, & multo palmite texit humum.
 10 Pampinus apricis induxit collibus umbras,
 Sic viret in Libani cedrus amoena jugis.
 11 Hinc erat Euphratis gelidae contermina ripae,
 Æquoreis illinc brachia junxit aquis.
 12 Cur, Deus, hanc scptis viduas? Cur sepibus altis
 Orba viatorum carpitur illa manu?
 13 Saevus aper vires violavit dente novellas,
 Et rabidis uvae praeda fuere feris.
 14 Ergo redi, viresque tuas de sede supra
 Protege, vietici qui regis arma manu.
 15 Quam tua consevit, quam fovit dextera, curae
 Sit tibi votivo vinea foeta mero.
 16 Hanc populant ignisque vorax, ferrumque: furoris
 Praeda sumus miseri materiesque tui.
 17 Tu tibi selectos ultrici protege dextra,
 Viribus invictis quos tuus auxit amor.

82 P S A L M U S LXXXI.

- 18 Redde tuis vitam: sic quo tu jusserris omnes
Ibimus, & latides vox canet una tuas.
19 Arbitr̄ armorum palantes colligc: vultum
Redde tuum, vitam protinus ille dabit.

P S A L M U S LXXXI.

Exultate Deo adjutori, &c.

- Q**uisquis es, auctorem vitae super aethera lactus
Effer, & Isacidum carmina pange Deo.
2 Sidera vox feriat, jungantur nablia voci,
Et fidibus tenerae plectra canora lyrae.
3 Clange tuba: dum Luna silet contermina Soli,
Festus erat sanctis patribus ille dies.
4 Hanc tulit Isacidis legem Deus ipse Sionis,
Nec populo lux hac sanctior ulla fuit.
5 Illa dies invicta fuit, cum sancta propago
Liquisset Pharii barbara regna soli.
6 Huic ego succurri Nili, Deus inquit, ad undas,
False levans humeros, fistilibusque manus.
7 Obscura de nube tonans ego rebus in arctis
Respondi votis auxiliumque tuli.
Hujus at ingenium populi, moresque probavi,
Cum Meribac querulis ora rigavit aquis.
8 Quisquis es Isacidum memori mea dicta reconde.
Pectore, jurato nec mili deme fidem.
9 Si mihi das aurem, me praeter vanā Deorum
Nulla tibi finges Numina, nulla coles.
10 Te Pelusiati duxi de carceris umbra,
Compede detracto; plus pete, plura dabo.
11 Haec ego: sed pelagi soboles mea surdior undis
Averta monitus respuit aure meos.
12 Ergo I. bidinibus jussi dare frena, suoque
Quemque rapi genio consilioque regi.
13 O utinam nostris auscultans vocibus Hebrei,
Me duce, posteritas iustitiuslet iter!
14 Obvius ivissem cuneis hostilibus, ipsos
Et mea jussissem vincula ferre duces.

P S A L M U S LXXXII. & LXXXIII. 83

- 15 Hostibus illa meis omnis secura ruinae
Calcaslet domino colla superba pede.
16 Terra ferax illi mesles fudisset opimas,
Dulcibus undasleuit aspera saxa favis.

P S A L M U S LXXXII.

Deus stetit in Synagoza, &c.

- C Um pater aethereus folio consideret alto,
Purpureos inter, sceptrigerosque choros,
2 Vestra cohors, inquit, quo leges proteret usque,
Et pendet trutua fasque nefasque pari?
3. 4 Legibus armentur tenues & patribus orbi,
Nec premat imbelles tincta cruore manus.
5 Sic ait; ast illis caeca caligine pectus
Cingitur, & lucem mens male sana fugit.
Hos ultrix scelerum luxato cardine tellus
Obruct in priscum sponte relapsa chaos.
6 Hos ego, quos sceptris decoravi, voce benigna
Saepe Deos dixi, progeniemque Dei.
7 Regia sed raltris aequabit sceptra, tyrannis
Et vos cum reliquis mors violenta meret.
8 Tu, Deus, exsurgens telluri jura ministra.
Quos habet haec populos tu, pater alme, regis.

P S A L M U S LXXXIII.

Deus quis similis erit tibi, &c.

- R Ebus in adversis vocem ne supprime, rebus
In deploratis, ne, Deus, ulque file.
2 Gens inimica tibi, furiis immanibus acta,
En fremit, & cristics dominus astra ferit.
3 En coit, utque pios solâ caligine tutos
Opprimat, insidias subdola mille parat.
4 Quin, ait, eruimus recutiae germina gentis,
Ne qua Jacobeos natio jaëtet avos.
5 Te Dominum contra conspirant nequiter omnes,

84 P S A L M U S LXXXIV.

- Et ferint tacito foedera saeva dolo.
- 6** Cum Nabathaeorum populis conjurat Idume,
Cumque Moabaeā gens Agarena coit.
- 7** Gabala se Tyriis jungit, crudelis & Animon,
Cumque Palestinis fert Amalecius opem.
- 8** Advolat Assyriae populus, Lothique nepotes
Impiger auxilio consilioque juvat.
- 9** Hos, Deus, extirpa; pereant Cissontis ad undas,
Ut cecidit telis gens Madiana tuis;
- Utque ruit subito transfixus Sisera ferro,
Quod tibi perniciem, saeve Jabine, tulit.
- 10** More simi campos texere cadavera, cladis
Hujus, & Endorae conscientia terra fuit.
- 11** Ut Zebus, & Zebeas, & Salmana junctus Orebo,
Sic pereant, populus quos habet iste duces.
- 12** Ad sacra, dixerunt, properemus limina templi,
Liniina vistrici mox subigenda manu.
- 13** Hos age, rerum opifex, & versa vindice dextra,
More levis paleae, praecipitisque rotac.
- 14** Ut vaga piniferas vastant incendia silvas,
Ut furit in summis stridula flamma jugis:
- 15** Sic tu sacrilegum populum crepitante procella,
Et fera fulmineo turbine castra quate.
- 16** Inquinet ora pudor, mens dum stupefacta malorum
Mole, tuam tandem poscere discat opem.
- 17** Turpibus opprobiis & fluctibus obrue vastis,
Et pereant, mersos nec levet ulla dies.
- 18** Ultor ades, qui jura regis. sic maximus orbis
Te Dominum, solum te sciet esse Deum.

P S A L M U S LXXXIV.

Quam dilecta tabernacula, &c.

- O** Quibus illiciis, belli, Deus, inclite praeses,
O quibus imperiis me tua templa trahunt!
- 2** Cor micat, exultant fibrae, vox infremit, illis
Dum simul & sacro Numinis ore fruar.
- 3** Pone tuas habitat, belli, Deus, arbiter, aras

- Passet, & hic cunas pascit hirundo suas.
 4 O felix nimium tua qui colit atria! laudes
 Ille tuas jugi voce sub astra feret.
 5 Audiet & felix te quisquis fudit, & ille
 Qui comes est populo, dum tua templa petit.
 6 Qua feret hic gressum, fontes dabit arida vallis,
 Inque cavas fossas depluet agmen aquae.
 7 Instaurabit itet vires, & Numinis ora
 Visurus, Solymae figet in aede pedem.
 8 Tu qui bella regis, Solymam qui protegis armis,
 Coeli opifex, famuli sacra rata vota, precor.
 9 Adspice nos placidus, clypsi quos protegis umbrâ,
 Et simul in Christum lumina fige tuum.
 10 Quam domus, alme parens, tua me delectat! in illa est
 Mille mihi saeclis gravior una dies.
 Aurea purpurei sibi servent atria reges,
 Hic potius custos liminis esse velim.
 11 Te fas est clypeum, te fas est dicere solem;
 Tu decus & vitae praemia certa dabis.
 Candida cui mens est & purum crimine pectus,
 Hunc honor, ingentes hunc comitanur opes.
 12 O patet armipotens, te quisquis nititur uno,
 Hic mihi felices inter habendus erit.

Benedixisti Domine terram, &c.

- T U, Deus, Isacidum ditasti messibus arva:
 Te duce, Niliaci liquimus antra soli.
 2 Agminis electi tua quondam gratia naevos
 Texit, & aequoreis crima mersit aquit.
 3 Quâ prius ardebas, tandem deterbuit ira,
 Et minus antiquae jam feritatis habet.
 4 Da reduces tua castra Icqui, custosque fidelis,
 Quod superest irae perpetue nocte premie.
 5 Nullan*e* conceptam restinguunt saecula bilem?
 Nu llane fulminei meta furoris erit?
 6 Nec solitas unquam vires, vitamque reduces,

86 P S A L M U S LXXXVI.

Gestiat ut vultu mens animata tuo.

7 Adser openi, patriique jubar diffunde favoris:
Pace, Deus, nivea te comitante veni.

8 Desuper exspecto vocem: si turpia vitant,
Mentibus illa piis nuntia pacis erit.

9 Vicinam promittet ope in metuentibus iras
Numinis, & Solymae clara tropaea jugis.

10 Ibit in amplexus alacris Clementia veri,
Oscula Justitiae pax quoque blanda dabit.

11 Altius è terris Verum caput efferet, Aequum
Exeret os coelo, despicietque solum.

12 Pandet & astriferi rerum pater horrea coeli,
Et sata cum multo foenore reddet ager.

13 Praevia Coelicolum regi pax aurea passim
Ibit, & optatas pandet ubique vias.

P S A L M U S LXXXVI.

Inclina Domine aurem, &c.

T Ende meis aurem, coeli rex optime, votis:
Advolvor genibus pauper inopsque tuis.

2 Protege nunc vitam famuli non digna serentis.
A ie, quam posco, spes mihi pendet opis.

3 Fer, Deus, auxilium, semperque salutifer adsis.
Te dominum supplex nocte dieque voco.

4 Tu famulum recrea, dum cingunt undique Syrtes:
Spes nica te solum, quem tueatur, habet.

5 Supplicis, abjecta qua mens excanduit ira,
Te miseret, bonitas & tua fine caret.

6 Te precor, exaudi gemitus & vota precantis,
Ne pereat pelagi ipsa mea mersa vadis.

7 Cum premar adversis, te poscam supplice voto:
Aure, Deus, facili tu mea verba leges..

8 Par tibi nemo Deum est; nec sunt miracula, Divi
Quae reliqui jactant, acquiparanda tuis.

9 Te, Deus, auctorem rerum canet ultimus oibis,
Seque sui sternet principis ante pedes.

10 Majestas immensa tibi est, miracula captum

Exsu-

P S A L M U S LXXXVII. 87

- Exsuperant: solus tu, Deus, astra regis.
- 11 Tu mihi pande viam, tu gressus dirige, firma
Pectus, ut intrepidus, te duce, recta sequar.
- 12 Sic ego te roto celebrabo pectori, carmen
Et mihi perpetuum tu, Deus, unus eris.
- 13 Fine carens bonitas tua me defendit, opaco
Mc tuus è lethi carcere traxit amor.
- 14 Ah, quoties in me vesano turgida fastu,
Contemptrixque tui gens violenta ruit!
- 15 Sed tibi, Coelicolum rector, mens segnis ad iram,
Et memor est pasti, pollicitique tenax.
- 16 Respice me famulum, letho, Deus, eripe vernam,
Neve ruani, vires jugiter adde novas.
- 17 Hostis in opprobrium, veteris:da pignus amoris,
Et patrocinii lucida signa tui.

P S A L M U S LXXXVII.

Fundamenta ejus in, &c.

- E**cce Sioneas insertas nubibus arces,
Et Solymae sacris moenia nixa jugis.
- 2 Ubibus hauc praefert quot habet stupi inclita Judæ,
Hauc in deliciis conditor orbis habet.
- 3 Fama tuos titulos totum diffundit in orbem,
Urbs sacra, Divina quae fabricata manus.
- 4 Civibus addentur Solymae Babylonis alumni,
Confluet huc populus, barbara Memphi, tuus.
Juncta Palaestinae Tyrus huc concedet, & ipsi
Æthiopes, sacri pars aliquanta gregis.
- 5 Nobilis hic Solymae civis dicetur, & ille:
Hanc Deus imperio muniens ipse suo.
- 6 Et populum quorics supera centebit ab aula,
Dicet, Hic est urbis civis & ille meac.
- 7 Esteret hanc linguis populus, fidibusque canoris,
Et mea victuum vox canet alta melos.

38 PSALMUS LXXXVIII.

PSALMUS LXXXVIII.

Domine Deus salutis meae, &c.

- F**ons opis & vitae, supplex tibi nuncupo vota,
Pallida seu nox est, seu nitet orta dies.
2 Jugibus inclina faciem clamoribus aurem,
Nec famuli tetrica despice fronde preces.
3 Cladibus indignis, & fluctibus undique cingor,
Jamque meas pulsat mors inopina fores.
4 Manibus adscribor gelidis, & inanibus umbris,
Pristinus & liquit flaccida membra vigor.
5 Sic jacet exanguis rumuli sub fornice, cuspis.
Quem fera legitimum messuit ante diem.
Huic, ubi conceslit fatis, de pectori deles
Protinus, extinti cura nec ulla subit.
6 Ah, miser Inferni spelunca condor inima,
Er tenebras inter vita trahenda mihi est.
7 Fluctibus innumeris miserum caput obruis, irae
Dum nimis indulges libera frena tuae.
8 Me fugiunt socii, me detestantur amici,
Squallida dum duri carceris antra colo.
9 Tristibus ora madent lacrimis, ad sidera palmas
Dum levo, re dominum dum sine fine voco.
10 Tune tuas famuli promes in funere vires?
An post exequias te canet umbra redux?
11 An fidei tumulus putris, & sine nomine corpus?
An cinis extinctus pignus amoris erit?
12 Justiriamue ruam celebrabunr carmine Manes,
Fortia vel renebrae facta sub astra serenr?
13 Te tamen oravi supplex, semperque vocabo,
Orta dies croceis dum fugar astra rotis.
14 Ah, Deus, ah animam mediis cur linquis in undis?
Cur tua jactatae subtrahis ora rati?
15 Me mala, me tueris mors circumsepsit ab annis,
Et tua me rrepido perculit ira metu.
16. 17 Obrutus his perii. dejectus ab aethere nimbus
Intempestivis sic sata mergit aquis.

18 Quos

18 Quos mihi junxit amor socii fingere, tribules.
Et simul in tenebris delituere mei.

P S A L M U S LXXXIX.

Misericordias Domini in, &c..

T E dominum, pater alme, canam fidumque, bonumque,

Audiet & numeros ultima tetta meos.

2 Certus amor, dixi, tuus est, bonitasque perennis,
Et fidei coeli regia testis adest.

3 Cum tibi dilecto pepigisti Davide foedus,
Summaque iurati foederis ista suir.

4 Progenies, soliumque tuum durabit, in orbe
Semitam Lunae, dum via Solis erit.

5 Sancte parens, tua facta polus, tua foedera tellus.
Efferer, & populi, quos tuus urit amor.

6 Par tibi quid Supetum sublimia testa, secundum.
Quem tibi purpureo de grege terra dabit?

7 Grex sacer attonitus te spectat, & agmina coeli
Poplite curvato te venerantur herum.

8 Arbitr armorum, quis te vel viribus aequat,
Foedera vel servat candidiore fide?

9 Te penes impetum est pelagi, tua jussa capessens.
Sponte procellosi sternitur unda maris.

10 Fossi tuis cecidit pubes Mareotica telis,
Tergaque nudavit gens inimica fugae.

11 Te dominum tellus, auctorem suspicit aether,
Et quidquid tellus, quidquid & aether habet.

12 Vox tua sublimi Boream deduxit ab Arcto,
Et pluvios humili misit ab axe Notos.

Gestit ovans Hermon, te gestit principe Tabor,
Hic Zephyris, Euro proximus ille levi.

13 Est tua per cunctas diffusa potentia terras,
Cunctaque pollenti robore dextra regit.

14 Sunt comites jus fasque tui, solioque perenni,
Hinc sine labe fides adstat & inde salus.

15 O felix, tua quæm delectat buccina, vultus.

90 P S A L M U S LXXXIX.

- Ille tui fretus lumine carpet iter.
 16 Nocte dieque tuas solenni carmine laudes
 Dicet ovans, & te vindice surget humo.
 17 Tu decus aeternum, tu vires sufficis unus,
 Et tuus è caeno tollit in astra favor.
 18 Tu pater Isacidum nos tutelaribus armis
 Cingis, & invicti munia regis obis.
 19 Sedibus è superis afflatus Numine vates,
 Quem tibi sacrasti, talia dæta dedit.
 Donavi Solymis praestanti corpore regem,
 Quem meus è populo segrege legit amor.
 20 Jesliadae famulo, succo cui dulcis olivae
 Tempora perfudi, sceptra ferenda dedi.
 21. 22 Huic ego sufficiam vires, dextraque tuebor,
 Sive parent hostes spicula, sive dolos.
 23 Quae premet hunc odiis coram met hostica pubes,
 Ultricesque mihi sentiet esse manus.
 24 Huic mea sed bonitas & anior, non immemor icti
 Foederis, imperii frena regenda dabit.
 25 Illius Euphrates olim victricibus armis,
 Totaque Sidonii serviet unda maris.
 Foederis ille memor sacri patremque Deumque,
 Omnis & auctorem me celebrabit opis.
 27 Illum ego priuitias sobolis, regenique vocabo,
 Sceptrigerique dicem praesidiumque chori.
 28 Quod pepigi, nullo claudetur limite foedus,
 Nullaque promissi meta favoris erit.
 29 Sera nec illustres extinguent saec'a nepotes,
 Sceptraque durabunt, dum velhet astra polus.
 30. 31 Sed si forte meas soboles detrectat habenas
 Degener, & renuit foedera sancta sequi;
 31 Protinus ulciscar, meritas dabit improba poenas,
 Progenies plagas sentiet ista meas.
 33 Hunc tamen aeternum solitâ bonitate tuebor,
 Perpetis & fidei pignora certa dabo.
 34 Absit ut antiqui disrumpam vincula pauci,
 Et rapiant voces ventus & unda meas.
 35 Ipse meum jurans numen, cum Davide fauxi
 Foedera, non dubiam quae meruere fidem.

36 Aequa-

P S A L M U S X C.

91

- 36 Äquaevum Soli solium reget inclita proles,
Sceptra nec excutiet, quae geret, ulla dies.
- 37 Astra poli testor, citius Sol aureus orbem
Linquer, & extincto lumine Luna ruet.
- 38 Tu tamen hunc orbis fastidis rex & horres,
Bile calens, regis nec tibi cura rui est.
- 39 Foedera tu violans sacrum diadema profanas,
Calcat & haec tumido gens scelerata pede.
40. 41 Oppida tu muris nidas & subruis arees,
Praedaque nunc hostis, ludibriumque sui est.
- 42 Hostibus interea tu minnis robore dextras,
Cordaque, laetitia luxuriante, reples.
- 43 Rex tuus, ah, trepidus totis excedere castris
Cogitur, & turpi vertere terga fugae.
- 44 Jamque sacrae pedibus calcatur gloria frontis,
Et jacet obscaeno mersa corona luto.
- 45 Carpitur ante diem demeslo flore juventa,
Turpat & augusti priuicipis ora pudor.
- 46 Quo, Deus, usque tuos abscondent nubila vultus?
Perpes an accensi flamma furoris erit?
- 47 Ali subcat, quam fluxa mibi sit vita, brevisque:
Cur genus Adamidum fabrica vana sumus?
- 48 Quem non falce metit sera mors? Quis mole sepulcri
Obrutus, Inferno victor ab orbe redit?
- 49 Quo se priscus amor, quo se clementia vettit
Pristina, cumque tuo Davide pa&ta fides?
- 50 Adspice quae patimur procerum ludibia passim,
Probraque quae tacito pe&tore clausa fero.
- 51 Asperat in Christum stolidas gens impia linguas,
Illi&us & lentas exprobrat ulque moras.
- 52 Ah precor, alme parens, tuus ut super aetheris axe
Emicet, & demto fine perennet honos.

P S A L M U S X C.

Domine refugium factus es, &c.

NOs, Deus, à primis tua texit dextera saeclis:
Haec errabundis struxit ubique lares.

- 2 Tu constans, stabilisque manes, convallibus imis,
Montibus & summis, sideribusque prior.
- 3 Sed mortale genus diffingis vindice dextra,
Inque leves cineres durus abire jubes.
- 4 Sunt tibi saecla decem, ceu lux hesperna, vel hora,
Quae vigili, freno non remorante, fugit.
5. 6 Instar aquae fluimus, tacitae sic noctis imago,
Sic flos mane virens, sole cadente petit.
7. 8 Nos, Deus, excindis, meritas dum surgis in itas,
Nudaque sunt oculis crimina testa tuis.
- 9 Dum tua mille modis nos vexat dextera, ptaepes.
Vita volat, ceu vox, quam rapit aura levis.
- 10 Qua fruimur lustris bis septem clauditur aetas:
Contingunt vegeto lustra bis octo seni.
- Tristius at nihil est aut aerumnosius illis.
Ali, ferimur rapidis aemula turba Notis.
- 11 Quis, patet alme, tuae vites sat perspicit itae?
Pat majestati, pro dolor, illa tuae est
- 12 Metiri da posse dies, momentaque vitae
Futilis; & veri pectora luce teple.
- 13 Tolle moras, facilisque veni, famulosque sagittis.
Tempore venturo figere patce tuis.
- 14 Ocyus adfer opem, mens ut, dum vescimur aura,
Gestiat aucta tuis & saturata bonis.
- 15 Tempora temporibus compensa tristia laetis,
Noctis & abstergens nubila, redde diem.
- 16 Da famulis, sobolique Deum te nostre potentem,
Et tuus his posthac sit manifestus amor.
- 17 Nos pater illustra radiis, quibus ipse coruscas,
Et tuus aeternum facta secundet annos.

P S A L M U S X C I.

Qui habitat in adjutorio alto, &c.

- N Uminis excelsi cui sunt sacraria sedes,
Illiis hunc, hostis cum premit, umbra teget;
- 2 Anxoris opis certe Deus est. hunc rebus in arctis
Agnoscam vitae spei columenque meac,

3, Ille:

- 3 Ille dabit, tacitis ne te gens impia technis
 Implicitet, aut pestis tabida falce metar.
- 4 Illius imbellem te proteget ala, fidesque
 Pacta semel, clypei ttiplicis instar erit.
5. 6 Te neque terrebunt tenebrae, nec tela diurna,
 Nec fera quae saevit nocte dieque lues.
- 7 Mille licer dextram cingant totidemque sinistram
 Funera, pernicies nulla rimenda tibi est.
8. 9 Te coram gens prava ruet, quia suspicis illum.
 Qui spes est vitae praesidiumque meae.
- 10 Sed tua te pietas tutum praestabit, ab hoste
 Nec ribi vis ulla est, nec metuenda lues.
- 11 Te Deus algetis coeli stipabit alumnis,
 Hos tibi siderea mittet ab arce duces.
- 12 Te manibus per tespua feret chorus ille, nec hirtis
 Illides scopulis, hoc comitante, pedes.
- 13 Et draco calcandum tibi se praebbit & aspis,
 Indomitusque leo, seminiuraque leae.
- 14 Hunc ego defendam, Deus inquit, fortibus armis,
 Et quia me sequitur, sceptra ferenda dabo.
- 15 Hic me poscit opem, sors cum premit aspera, vanas
 Nec mihi quas fundit sentiet esse preces.
- Hostibus ereptus mediis tolletur in altum,
 Et duraturo cinget honore comas.
- 16 Aurea felicis producam stamina vitae,
 Et famulo pandam molle salutis itet.

P S A L M U S X C I I .

Bonum est confiteri Domino, &c.

- E st mihi jucundum tibi, retum maxime, grates
 Solvere, per laudes & juvat ire tuas.
- 2 Quam bonus & constans sis, seu Sol explicat ora,
 Seu jubar abscondit, dicere dulce mihi est.
- 3 Dulce mihi est denis modulari carmina nervis,
 Jungere & argutae nublia blanda lyrac.
- 4 Gaudia concepi, tua quondam facta revolvens:
 Hinc quoque laetitiae surget otigo meae.

94 P S A L M U S X C I I I .

- 5 O vis quanta tuae est , ô quanta potentia dextrae ?
 Consilium nubes quam tenebrosa tegit !
- 6 Brutus ad haec populus caligat , mentis & exors
 Haec spectans , oculos nycticoracis habet .
- 7 Hunc modo , qui laeti vtnabat graminis iustar ,
 Demeret immitti mots properata manu .
- 8 Tu tamen aeternum diuinas , aevique sugacis
 Despicis aligeras instabilesque rotas .
- 9 Impius & quitquis tua ridet iusta peribit ,
 Caedet & itatis praeda ferenda Notis .
- 10 At tua me bonitas dulci perfundet olivo ,
 Vinciet & ferti multicolore comas .
- 11 His oculis cernam , quas gens luet hostica , poenas ;
 Imbuët his aures nuntia fama meas .
- 12 Gens pia florebit victricibus aemula palmis ,
 Utque cedrus , Libani quae juga fronde tegit .
- 13 Altius in Domini radices quisquis agello
 Fixerit , undantes tollet in astra comas .
- 14 Crescit , & effaetae ridebit damna senectae ,
 Pomaque proventu luxuriante feret .
- 15 Sic mihi dicetur juris Deus auctor & aequi ,
 Et columen , vitae turris & una meae .

P S A L M U S X C I I I .

Dominus regnavit decorem indutus , &c.

- R Egnat ubique Deus , cui majestate verenda
 Frons nitet , invicto robore dextra viget .
- Illiū imperio stabit secura ruinae
 Terra , vagas coelum volvet & usque faces .
- 2 Quo sedet hic , solum nescit primordia saecli ,
 Nullaque siderei regis origo fuit .
- 3 Flumina quantumvis conspirent murmure vasto ,
 Et tunidum fluctus tollat in astra fretum ,
- 4 Ille tamen fluviis , pelagoque potentior ipso ,
 Mulcet , & indomitas Numine frenat aquas .
- 5 Illius aeternum durant oracula , sacrae
 Et Solyinae pietas , hospita semper erit .

PSALMUS XCIV.

Deus u'tionum Dominus, &c.

- 1 MAgne parens, dextra qui vindice concutis arma,
Deque reis poenas exigis, ulti ades.
2 Legibus incinctum, judex, conscende tribunal,
Et quod promeruit turba proterva luat.
3 Quo premet usque pios furor hosticus? Obice nullo
More triumphantis, quo scelus usque ruet?
4 Impius an perget dura, & metuenda minari,
Et quod patravit, ferre sub astra nefas.
5 Ah, tibi dilectum populum deglubit, & armis
Opprimit haeredes gens scelerata tuos.
6 Pro pudor, & viduae jugulantur & advena ferro,
Per scelus, & proles orba parente cadit.
7 Nec videt, haec, ajunt, nec curat conditor orbis,
Quem sibi Judaeus legit apella Deum.
8 Bruta cohors, pravigne tenax & persida tandem
Stultitiae metam pone modumque tuae
9 An surdum reputas, aurem qui struxit? An illum
Lumina qui finxit, cernere posse negas?
10 Parcet an ille suis, qui gentes plectit? Alii omnes
Qui docet, ipse velut tyro docendus erit?
11 Rerum opifex renes scrutatur, & abdita mentis,
Vanus & nihil his, futiliusque videt.
12 O ter felicem, rerum quem corripit auctor,
Quemque docet leges, & sua iusta sequi.
13 Ille procul curis traducet mollia vitae
Tempora, dum praeeeps turba profana ruit.
14 Nam Deus haeredes quos scripsit proteget alis,
Nec sua dilecta subtrahet ora gregi.
15 Hic aderit vindicta, armatus legibus aequis,
Et leget has vitae sancta propago duces.
16 Quis mihi mittet opem, cum cingor & imperor armis?
Hostibus imposito quis pede colla premet?
17 Me nisi juvisses, rerum pater optime, pridem
Texissent ciueres multa sepulcta meos.

96 P S A L M U S X C V.

- 18 Te, Deus, oravi gteslu titubante vacillans :
Nec mora coelesti pes mihi sultus ope est.
19 Me mihi restituis, curis cum mille fatigor,
Et recreas radiis pectora moesta tuis.
20 Judicis an socius diceris, nequiter cffrons
Qui sua nescio qua crima lege tegit?
21 Encoit, inque pios stringit gens impia ferrum,
Omnis & innocuo sanguine dextra rubet.
22 At mihi praefidium Deus est, porrusque salutis,
Quaque vehor fragilem sustinet ille ratem.
23 Hic scelerum vindicta poscit pro crimine poenas,
Turpis & attifici fraus nocitura suo est.

P S A L M U S X C V.

Venite, exultemus Domino, &c.

- 1 Ia agendum, gens sancta Deum, quo nitimur omnes,
Cantet, lo geminans, & pede pulsat humum.
2 Quas decet hoc coram grates persolvat, & orbis
Rectorem numeris tollat in astra novis.
3 Illius excellit majestas, viribus ille
Quotquot habent gentes vincit honore Deos.
4 Ille manu forti terram sufflaminat, imis
Vallibus, & summis imperat ille jugis.
5 Finxit & oceanum, vitreis & praesidet undis,
Et terram è mediis surgere jussit aquis.
6 Ergo Deum flexo veneremur poplite, & omnis
Cuta sit aethereo solvere vota patri.
7 Ille Deus noster, nos grex sumus illius, ultiro
Si modo fert animus, quae jubet ille, sequi.
8 Absit, ait, vobis durescant pectora callo,
Ut patribus, vetitae quos sitis usit aquae.
9 Haec mihi gens Arabum bilcm succedit in oris,
Tentavit vires nec semel illa mea.
Illiū hic quamvis lassatus murmure, signa
Roboris invicti non dubitata dedi.
10 Turba proterva meo lustris bis quathor olim
Obsttit imperio, mille molesta modis.

Futilis

Futilis est illi mens & temeraria, dixi,
 Stulta nec obseruat quas ego monstro vias.
 11 Ergo meum sancte juravi Numen, & ira
 Non semel accensus, talia dicta dedi:
 Gens odiosa mihi nec sacrae recta Sionis,
 Nec cernet famulis otia pacta meis.

P S A L M U S X C V I .

Cantate Domino canticum, &c.

- Dicite rectori Superum nova carmina, laudes
 Perque ter illustres ultimus orbis est.
 2 Vindicis aetherei nomen tollatur in astra,
 Inque dies jugi carmine crescat honos.
 3 Ferte per extremas Domini miracula terras.
 Hunc unum geminus praedicet orbis apex.
 4 Illius est ingens & formidabile Numen,
 Par nihil huic tellus, par nihil aether habet.
 5 Ludicra sunt reliquae quae jastant Numinia gentes,
 Finxit at hic coelum, sidereasque faces.
 6 Robur & auratis hunc cingit adorea pennis,
 Quaeque colit rosea limina luce nitent.
 7 Illius ignotae gentes agnoscite vires,
 Et quam sit reliquis altior ille Deis.
 8 Et date quos meruit titulos, manibusque supinis
 Debita sacratis figite dona tholis.
 9 Gens pia siderei veneretur limina templi,
 Omnis & hoc coram judice terra tremat.
 10 Gentibus hunc reliquis auctorem dicite coeli
 Et maris & vasti sceptrta tenere soli.
 Hunc orbem narrate manu sulcire potenti,
 Quaeque dat hic omni jura carere dolo.
 11 Gestiat exultans tellus, & lucidus aether,
 Et mare, caeruleum quidquid & aequor habet.
 12 Vernet ager Zephyris, & messibus halet odoris,
 Ridcat & teneris arbor amicta comis.
 13 Rektor adest cocli, populos ut judicet, illi
 Et latus hinc Æquum stipat & inde Fides.

. P S A L M U S XCVII.

Dominus regnavit, &c.

- S**Ceptra gerit Dominus: ter Io dic ultima tellus,
Omnis & aequoreis insula septa vadis.
- 2** Cingitur hic nebulis, & opaca conditur umbra,
Et comes it sceptris Fas, stabilisque Fides.
- 3** Ante ruunt volucres elisi nubibus ignes,
Ultricesque votant hostica castra faces.
- 4** Fulgura praestringunt oculos, coelumque remugit,
Et gelido tellus intremitt icta metu.
- 5** Montibus in summis solvuntur marmora, cerae
More novae coram Numine terra fluit.
- 6** Justitiam superi testantur sidera regis,
Et majestatis conscientia tetra sacrae est.
- 7** Qui colit, & jactat quae finxit Numinis, vultus
Huic, precor, inficiat dedecoretque pudor,
Quidquid in orbe Deuni cudit male credulus error,
Hunc colat, Isacidas cui dare tuta vides.
- 8** Gestit alma Sion, & Judae sancta propago,
Vidit ut ultrices illius esse manus.
- 9** Illius imperium coeli supereminet axes,
Et reliquos inter praesidet ille Deos.
- 10** Ergo Dei quem tangit amor, fuge crimina: vindex
Hostibus è mediis eripit ille pios.
- 11** Ille suos recreat coelesti lumine, justis
Ille dat optatos, & sine nocte dies.
- 12** Vos quibus aequa placent, laeti persolvite grates,
Et subeat, Domino sanctius esse nihil.

P S A L M U S XCVIII.

Cantate Domino canticum, &c.

- C**Armine tolle novo Dominum, miracula pande
Partaque coelesti mille tropaea manu.
- 2** Hujus opem sensere pii, gens hostica poenas

Caesa

Caesa luit, justum vedit & esse Deum.

- 3 Ille memor pacti Solymae servavit alumnos,
Testis & his locuples ultima terra fuit.
- 4 Ergo Dei laudes in coelum carmine festo
Tollat ovans gemini terra sub axe poli.
5. 6 Vox canat, & voci socientur plectra canorae,
Et lituos sacrae junge tubasque lyrae.
- 7 Aequor, & aequoreae testentur gaudia turmae,
Terraque, telluris quidquid & orbis habet.
- 8 Unda loquax feriat jucundo murmure ripas,
Dentur & è summis sibila laeta jugis.
- 9 Stat Deus ante fores, cives ut censeat orbis.
Nunc quae promeruit praemia quisque feret.

P S A L M U S X C I X.

Dominus regnavit, &c.

R Egnat, & aligeros coeli Deus inter alumnos
Emicat: aerliereo sub pede terra tremet.

- 2 Illius est Solymae maiestas nota, potestas
Eminet, & reliquis praeripit omne decus.
- 3 Ergo Dei celebra plenum formidine Numen,
Quo majus, quo nil sanctius orbis habet.
- 4 Temperat huic vires jus & sas, legibus aequis
Hic regit Isacidas, praesidioque tegit.
- 5 Quisquis es, hunc effer, da sacris debita plantis
Oscula, sanctus hic est, & pictatis amans.
- 6 Blaesus ab hoc Moses, & Aron, & filius Hannae
Dum responsa petunt, audiit ille preces.
- 7 Nubis & è pila leges indixit, & illis
Cura fuit Domini iusta verenda sequi.
- 8 Annuit hic votis, & texit criminis: vindex
Saepe ramen scelerum Numinis ira fuit.
- 9 E sacris hunc ergo jugis ad sidera tolle.
Scilicet est sanctus qui colit illa Deus.

/ P S A L M U S C.

Jubilate Deo omnis terra, &c.

- V**OCE Deum celebra solenni, quisquis Eoo,
Quisquis & Hesperio figis in orbe larem.
2 Illius imperium fer laetus, & impiger hymnos
Ede novos, quoties limina sancta teris.
3 Hunc agnosce Deum, cui debes luminis auras:
Auctor enim nemo vel faber ipse sui est.
Hic Deus est nobis, populus nos illius, instar
Et gregis, aetherea quem regit ille manu:
4 Laudibus hunc effe, meritas & concipe grates,
Ad sacra cum templi limina vertis iter.
5 Illius est ingens bonitas, & limitis expers,
Sancta que rescindet foedera nulla dies.

P S A L M U S C I.

Misericordiam & judicium, &c.

- T**E, Deus alme, canam, cujus manus altera justos
Protegit, in fontes altera tela vibrat.
2 Te feuar, & prudens incedam tramite recto:
Ecqua tuo tandem lux dabit ore frui?
Pectore sincero posthac tua justa facebam,
Quosque colam cernes labe vacare lares.
3 Lumina deflectam, ne specent turpia: nullum
Et mihi non odio crimen, & error erit.
4 Et scelus, & scelerum socios procul esse jubebo,
Meque sinistrorum nulla libido trahet.
5 Et socii ficto qui laedet crimine famam,
Hunc dabit infami dextera nostra neci.
Nec mihi vel socius, vel pars censembitur aulae,
Transversum populi quem rapit aura levis.
6 Hunc inter famulos, inter numerabo sodales,
Cui mens est pravi nescia, pura manus.
7 Nec mendax conviva mihi, nec verba popello,

Qui

Qui dat , & os vulgo sublinit , hospes erit.

**Ibit in exilium , brevis est mora , talia quisque:
Suscepit , huic sacra ne sit in urbe locus.**

P S A L M U S C I I.

Domine exaudi orationem , &c.

- A**etheris excelsi rector , me defuper audi ,
Dum gemitus , clamor dum meus astra ferit .
- 2** Rebus in accisis vultum ne subtrahe , prompta
Sed trahe , prostratus dum queror , aure preces .
- 3** Vita mihi sumo similis vanescit in auras ,
Tristis & in cineres dissipat ossa dolor .
- 4** Debole cor languet , ceu flos succisus aratro ,
Nec desiderio tangor , ut ante , dapis .
- 5** Dum fine fine gemo macies deformat ; & extant
Ossa , per exanguem dinumeranda cutem .
- 6** Haud aliter moestis implet loca sola querelis
Ibis , & infausto carmine noctis avis .
- 7** Sic vigil , heu , dulci viduatus compare passer
Moeret , & ex alto tristia fata vocat .
- 8** Mille vides circum strictas in crimina linguas ,
Et conjurat as in mea dimna manus .
- 9** Fercula sunt sordes cinerum , farrisque canini :
Reliquiae , lacrimis pocula mista bibo .
- 10** Vis irae secreta tuae me sustulit olim
Sublimem , lapsu quo graviore ruam .
- 11** Umbra velut fugiens , vanescit futilis aetas ,
Aret & exsuccum corpus , ut aegra seges .
- 12** Tu pater annorum , stas nullo mobilis aevo ,
Orbaque principio gloria fine caret .
- 13** Exsurges , Solymaeque tuae miserebere ; venit
Paesta dies votis saepe petita meis .
- 14** Nempe ruis famulis urbs delectabilis illa est ,
Et capimur saxis ruderibusque loci .
- 15** Sic nomen numenque tuum venerabitur orbis ,
Quisquis & hic populos sub dictione tenet .
- 16** Structa Deo cellae cum surgent tecta Sionis ,

- Ille sacrum sacra fundet ab arce jubar.
17 Agminis affliti questus pater audiet aequus,
 Nec vani gemitus, spes nec inanis erit.
18 Haec duraturis sunt inscribenda tabellis,
 Ut canat aetherei gens nova facta patris.
19 Scilicet astrifera terras despexit ab aula
 Latus miseris conditor orbis opem.
20 Captivis siccare genas, & solvere vincla,
 Instantemque necem pellere cura fuit
21, 22 Jussit ut haec Solymae celebrarent undique regna,
 Dum coeunt Superum tura datura patri.
23 Illius imperio medio mihi robur in aevo
 Desicit, & clausa est limite vita brevi.
24 Spe tamen erectus, Ne qui sine limite vitae es,
 Ante diem, dixi, lumen conde mihi.
25 Est tellus stabilita tibi, tu surgere coeli
 Moenia jussisti, sidereasque domos.
26 His modus est aevi, praescriptaque tempora vitae,
 Nec vitae modus est, meta nec ulla tuae.
 Laua velut teritur moles & machina mundi,
 Inque dies vultus sumit, ut illa, novos.
27 Tu tibi par semper, dentes tu despicias aevi,
 Apnorumque leves praecipitesque rotas.
28 Haec servi, sobolesque tui, sobolisque nepotes
 Felices tecum gaudia semper agent.

Benedic anima mea Domino, &c.

- M**Ens cane laeta Deum, totas simul exere vires,
 Nominis & sancti fer super astra jubar.
2 Redde suam meritis laudem, nec falce senectae
 Hanc metat, aut tenebris obruat ulla dies.
3 Scilicet & scelerum naevos oblitterat omnes,
 Et medicam morbis applicat ille manum.
4 Ille tuos animat cineres, redivivaque lauru
 Perpete coelestis tempora cingit amor.
5 Deliciis os mille beat, pulsisque senectae

Exuviis, aquilae saecula more novat.

6 Ne tenues vis ulla premat, dat jura tyrannis.

His pater aethereus, fasque nefasque regit.

7 Credidit Amramidae leges Deus abiter aequi.

Aramidum populo facta notanda dedit.

8 Sponte Deum nostri miseret, qui segnis ad iram

Quos sibi delegit, non patienter amat.

9 Nec litem de lite ferit, flammaeque fugacis

Æmula, momento deperit ira brevi.

10 Non hic fulmineum, quoties delinquimus, ensem

Accinxit, sceleri poena nec aequa fuit.

11 Est bonitas immensa, pios qua protegit, ima

Nec magis à coeli vertice distat humus.

12 Crimina depellit, quantum Sol distat ab ortu,

Caeruleo tessas cum lavat amne rotas.

13 Cultores fovet ille suos, & diligit unos,

Ut tenero prolis flagrat amore parens.

14 Scit genus Adamidum qua simus origine nati,

Et meminit fragili corpora facta luto.

15 Graminis in morem surgens cito carpitur aetas.

Sic violae primo purpura vere fugit.

16 Vere fugit, rapitque Notis, de stirpe recisa,

Nec manet indicium, quo fuit orta, loci.

17 Sed fovet electos superi clementia patris,

Excubiasque sacro pro grege semper agit.

Transit & ad Ieros bonitas Divina nepotes,

Obstrictam patribus servat & usque fidem.

18 His promissa Dei rata sunt & foedera, leges

Quos juvat aethereos, imperiumque sequi.

19 Ætheris in medio solium tibi rex tor olympi

Fixit, & hinc orbem solus ubique regit.

20 Turma potens, volucrisque, Dei quae jussa facessit,

Huic age coelesti pectine pange melos.

21 Qui coeli sub rege meres, exercitus omnis

Pange tui laudes, quo decet ore, ducis.

22 Divina coelata manu, tu machina mundi,

Tu mea, dum superes, mens cane laeta Deum.

PSALMUS CIV.

Benedic anima mea Domino, &c.

- Dicere fert animus superum nova carmina regi,
Quem sacra majestas cingit, & ambit honos.
 2 Se radiis, ceu veste, tegit, ceu byssina vela
 Explicat astriferi moenia vasta poli.
 3 Inter aquas domus alta trabes expandit eburnas,
 Dantque triumphales nubila summa rotas.
 Terga premens Zephyris, Eurisque jugalibus actus
 Pervolat Eoas, occiduasque plagas.
 4 Stant circum aligeri proceres, flammaeque ministrae,
 Et certant alacres, quo jubet ille, sequi:
 5 Pondere nixa suo, medio stat in aëre tellus
 Pendula, nullius praecipitanda manu.
 6 Illa prius pelago, ceu velo, tecta latebat,
 Altius & summis montibus aequor erat.
 7 At simul intonuit tua vox, pater alme, marisque
 Cedere jussit aquam, justa recessit aqua.
 8 Surgeat ceperunt montes & sidere valles,
 Collibus incinetae nubifcrisque jugis.
 9 Tu marc sepsisti claustris, ne, foedere rupto,
 Terra repentinis obrueretur aquis.
 10 Vallibus in mediis, & rupes inter acutas,
 Flumina tu stabili currere lege jubes.
 11 His pecudes, timidiique simul saturantur onagri,
 Quaeque colunt silvas, & loca sola ferae.
 12 Haec circum glomerantur aves, nidisque loquaces.
 Intexunt ramis, arboreisque comis.
 13 Æthereo tu rore beas juga consita dumis,
 Totaque coelesti sub pede ridet humus.
 14 Haec pecori gramen de vestigalibus arvis,
 Haec homini vescum sponte ministrat olus.
 15 Farre novas vires, & vultum pingis olivo,
 Et recreas dulci tristia corda mero.
 16 Silvarumque potens, Libani sacra culmina cedris
 Conseris: hic volucrum pendula tecta locas.

- 17 Apt a fretis abies se tollit in aethera, pullos
 Pascit, & hic colubris nuntia veris avis.
 18 Incolit imbellis latebrofa cuniculus antra,
 Errat & in summis hirta capella jugis.
 19 Tu Lunae rapidis metiris tempora bigis;
 Sol jubar Hesperiis, te duce, mergir aquis.
 20 Tu tenebris condisque diem, noctemque reducis,
 Noctivagalque feras, quo lubet, ire jubes.
 21 Tum ruit in praedam soboles animosa leonis,
 Er te mugitu supplice poscir opem.
 22 Ast ubi Sol oriens vitreis caput extulit undis,
 Turba ferox latebras quaerit, & antra subit.
 23 Gens hominum interea stratis excita labori
 Inflat, & in noctem continuatur opus.
 24 O Deus, ampla tuae quam sunt miracula dextrae!
 O quam solerti singula mente regis!
 25 Divite tu gaza terras & messibus imples,
 Nec minus est vasti fertilis unda maris.
 Squamniiger hanc peragrar populus, prolesque parentem
 Stipar, & ingentes turba minuta duces.
 26 Hic inter, circumque rates maris incola pistrix
 Ludit, & informi mole superstis aquis.
 27 Quidquid humus, vel pontus alit te suspeit, uno
 Te tempestivas poscit & ore dapes.
 28 Cuncta legunt epulas, tu quas, pater alme ministras:
 Cuncta saginantur, te referante manum.
 29 Omnia turbantur, tu cum jubar oculis oris,
 Et fiunt, animam te revocante, cinis.
 30 Mox ubi vitales inspiras luminis auras,
 Saecla renascuntur, jussaque vernal humus.
 31 Ætheris ergo parens omni cantabitur aevo,
 Gaudebitque operis nobilitate sui.
 32 Illius adspectu reilus tremir infinia, fumant
 Ardua coelesti culmina tacta manu.
 33 Æthere dum vesci datur, & vitalibus auris,
 Hic mihi materies carminis unus erit.
 34 Grata sit huic opto vox haec, sic gaudia carpam,
 Dum recolam domini munera tanta mei.
 35 O pereant scelerum socii de stirpe recisi!

O pre-

O premat infandos foeda ruina lares!
 Interea tu laeta Dei mers concipe laudes,
 Quisquis & hunc orbem, quem regit ille, colis.

P S A L M U S C V.

Confitemini Domino, &c.

- FUndite vota Deo, meritas & solvite grates,
 Gentibus aetherei pandite facta patris.
 2 Tollite grandifono Domini miracula plectro,
 Sint argumentum carminis illa novi.
 3 Vir pius hoc unum jactet venerabile nomen,
 Gestiat & Domini quem pius urit amor.
 4 Hunc colat, hunc poscat vetricis pignora dextræ;
 Optet & illius jugiter ore frui.
 5 Quae Deus exhibuit, subeant miracula mentes,
 Quaeque piis olim jura reliquit avis.
 6 Alloquor Isacidas, lectum genus, alloquor Abrae
 Progeniem: famulus Numinis ille fuit.
 7 Reruin opifex nobis Deus est; hic praesidet orbi,
 Justitiae terris & monumenta dedit.
 8 Foederis ille sui memor est, & verba, fidesque
 Pristina tot saeclis inviolata manent.
 9 Hic Abrahæ, natoque pio, magnoque nepoti
 Non semel obstrinxit tempus in omne fidem.
 10 Haec eadem toti juravit federa genti
 Abramidum nullo dissoluenda die.
 11 Quos, ait, hic habitat Canaae gens impia, fines
 Adspice, divisos hos tibi forte dabo.
 12 Nec numero, menini, nec belli robore pollens,
 Hospes in hac olim gens sacra vixit humio.
 13 Nec mora, nec requies, populis, heu, præcda profanis
 Cessit, in exilium nec semel acta fuit.
 14 Vim tamen, & noxam Deus omnem depulit, ipsos
 Fulmineis reges terruit ille minis.
 15 Quem mihi sacravi populum ne tangite, dixit,
 Ne viola vates, turba profana, meos.
 16 Intulit hie olim miseris jejunia terris,

Atuit

- Aruit & laevo sidere tacta seges.
 17 Tum gregis electi meminit, famulumque Josephi,
 Qui jam venierat, misit in arva Phari.
 18 Ille diu latuit tenebrosi carceris antro
 Clausus, & arstarunt ferrea vincla pedes.
 19 Ast ubi missa polo discussit somnia, vatis
 Et patuit pietas, mille probata modis,
 20 Vincula rex dempsit, libertatemque priorem
 Reddidit, hunc populi jussit & esse ducem.
 21 Principis ornatus titulo, praefectus & aulae,
 Memphi, tuas idem rexit & auxit opes.
 22 Fas erat huic regni procères compescete vincis,
 Inque Senatorum jura docere choro.
 23 Mox pater Isacides Phatias descendit in oras,
 Inque peregrina substitit hospes humo.
 24 Illius & sobolem rerum pater auxit, opesque,
 Et novus indigenis advena major erat.
 25 Tum Pelusiacus mutata mente tyrannus
 Æstuat, & populum tollere fraude parat.
 26 Ergo Deus Mosen lecto cum fratre ministrum
 Mittit in invisi barbara regna soli.
 27 Numinis attonitus vidit miracula Nilus,
 Sensit & ultrici spicula misla manu.
 28 Illius Heroes alactes dum jessa faceſſunt,
 Tristibus est tenebris undique ſepta Pharos.
 29 Indigenum tepido manarunt sanguine rivi,
 Squamigerosque putris ſuſtulit unda greges.
 30 Fudit humus turpes, ſtugum pro munere, ranas,
 Et torus his regis teſtus, & aula fuit.
 31 Regia pestiferae fedarunt pocula muscae,
 Et nusquam vacuus cimice lectus etat.
 32 Ante dabat coelum pluvias, tum grandinis imber
 Desuper, & crepirans fulmine flamma ruit.
 33 Ficus & eversis periit cum vitibus uva,
 Et nemora excussis procubuisse comis.
 34. 35 Agmine mox denſo vaſtarunt arva locustae,
 Bruchus & herbosos est populatus agros.
 36 Nec mora, primitias sobolis floremque juventae
 Abſtulit atrocī mors inopina manu.

- 37 Aucta Phari spoliis , fines gens sacra nefandos
Liquit , & imbelli corpore nemo fuit.
- 38 Vedit ut hanc abitum moliri terra Canopi ,
Gesliit , excuslo quo fuit icta metu.
- 39 Nube Deus populum Solis descendit ab aetu ,
Flammaque per tenebras praevia rexit iter.
- 40 Mox pater aethereus volucres in castra cupita
Misit , & ignotas coeligenasque dapes.
- 41 Limpida de silicum manarunt flumina venis ,
Et dulces Arabum tesqua rigastis aquae.
- 42 Nempe Deus pacti meminit fideique , ministro
Quae data Thariadae , nec violata fuit.
- 43 Sic bonus Isacidas coelesti vindice laetos ,
Finibus eduxit , maxime Nile , tuis.
- 44 Expulit & gentes , & quae coluere tot annis
Indigenae , popuio contulit arva suo.
- 45 Legis in obsequium sic flexit pectora : laudes
Illiis altisonis feite sub astra modis.

P S A L M U S C V I .

Confitemini Domino quoniam , &c.

- 1 Ia agendum , laudate Deum , facilemque bonumque
Illiis excluso limite durat amor.
- 2 Facta quis illius numero comprehendere ? Laudes
Quae queat & titulos aequiparare chelys ?
- 3 O felix nimium populus , cui candida mens est ,
Labe vacans peccatus , justitiaeque tenax !
- 4 Respice me placido , superum rex inclyte , vultu ,
Lenis & optatae sterne salutis iter.
- 5 Da bona , selectae da gaudia carpere gentis ,
Inter & haeredes posse nitere tuos.
- 6 Æmula progenies proavum delinquimus , infons
Nec scelrum mens est , nec sine labe manus.
- 7 Hos latuit Phariis coeli quae rector in oris
Praeslitit , & toties , hoc duce , parta salus.
Nec semel huic patres irritavere rebelles ,
Hic ubi purpurei panditur unda maris.

- 8 Sed memor hic pacti populum servavit, & orbi
Roboris immensi pignora certa dedit.
- 9 Aequor ut increpuit, campi maris alveus instar
Aruit, & tutum per vada fecit iter.
- 10 Hac ope traducens populum, vim depulit hostis,
Cui furor accedit tristis & ira jecur.
- 11 Gentis at invisaes teflui maris unda phalanges
Obruit, & cladi nemo superstes erat.
- 12 Tum Domino fidens populus coelestibus hymnis
Invicti cecinit clara tropaea ducis.
- 13 Mox tamen haec partae gens est oblita salutis,
Abnuit & Domini iusta sacrata sequi.
- 14 Illius arentes Arabum dum calcat arenas,
Mota libidinibus Numinis ira fuit.
- 15 Annuit optatis, missa dape, tector Olympi,
Sed fuit huic macies perniciosa comes.
- 16 Obsttit haec Mosi, stratrique rebellibus ausis,
Sparsit & in factos impia probra duces.
- 17 Dathanem tum sorpsit hunius reclusa: peristi
Tu quoque cum sociis, dux Abirame, ruis.
- 18 Flamma vorax reliquos involvit, & impete vasto
Cum dominis iplos est populata lares.
- 19 Crevit & impietas: sculpto gens impia tauto
Supplicat, hirsutos ante voluta pedes.
- 20 Judice pro superum, coeli pro Numinine culta est
Fronde saginati turpis imago bovis.
21. 22 Mentibus exciderat favor, & miracula tanti
Vindicis, & Phariis unda refusa vadis.
- 23 Ergo soli, coelique patens, extrema minatus
Corripit ultrici tela tremenda manu.
Hunc nisi flexisset fusa prece legifer Hetos,
Stravisset sceleium inors violenta duces.
- 24 Pergit adhuc, & ridet opes gens impia terrae,
Quam petit, & Domino derogat usque fidem.
- 25 Illius impetum detrectans castra tumultu
Distrahit, & querula sidera voce ferit.
- 26 Talibus accensus, tandem se conditor orbis
Ulturum jurat perpetue morte nefas.
- 27 Destinat exitio populum, gentesque per omnes

Spatgere cum tota posteritate patat.

28 Gens tamen haec amens Beli dare munera templis
Inferiasque nigris manibus ausa fuit.

29 Sic tursum calida rerum pater aestuat ira,
Obruit & plagis perfida castra novis.

30 Ultor adest Pluineas , armatus vindice ferro.
Hac ope coelestis substitit ira patris.

31 Vindicis hunc justi titulis insigniet orbis,
Tollet & in coelum nescia fama mori.

32 Et Meribam propter meritas Deus induit itas,
Sumptaque de populi priuice poena fuit.

33 Turba ducem secum rapuit , dubiumque coëgit
Vana Deo coram , nec satis apta , loqui.

34 Sed neque cura fuit gentes delete nefandas,
Quas Deus è sacra pellere jussit humo.

35 His junxit gens sancta lates , populique profani
Mox didicit mores ingeniumque sequi.

36 Numine posthabito peregrinis munera Divis
Obtulit , indignis ludificata modis.

37 Nec sat id est , futiis agitur sine fine modoque,
Mactat & infernis pignora cata Deis.

38 Caede suae sobolis Cananæas imbuit aras ,
Insontique sacram sanguine tinxit hunum.

39 Sic sibi quos sculpsit , supplex dedit oscula truncis
Inventis & se polluit ipsa suis.

40 Etgo suum contra populum Deus arsit in itas ,
Nec fuit Isacidis gens odiosa magis

41 Nec mora , sanguineis hunc inservite tyrannis ,
Cogit , & hostili subdere colla jugo.

42 Oppressae , fractaeque malis , & cladibus haustae ,
Isacidum quot erant ingemete tribus.

43 Sæpe Deus populum defendit , saepe tebelles
Ttaxit in exitium , qui fuit auctor opis.

44 Aure tamen facili gemitus excepit amoris.
Scilicet est prisci foederis usque memor.

45. 46 Ipse suas iras , & pectora molliit hostis ,
Gens sacra cum dura compede vincita foret.

47 Assere nos vindex , sparsosque recollige , rerum
Conditor , Isacidae quo tua facta canant.

48 Sic te praesidium lecti gregis efferet orbis
Ultimus, & laudes postera facula tuas.

P S A L M U S C V I I .

Confitemini Domino, quoniam, &c.

- R Edde Deo grates, bonitas cui passibus aequis
It comes, & nullo limite seprus amor.
- 2 Hunc canat, huic vitam se qui debere fatetur,
Quisquis & hoc olim vindice sensit opem.
- 3 Hunc populi celebrent Eois quotquot ab undis,
Et quor ab Hesperiis ille reduxit aquis:
- Et quos à gelido collegit cardine mundi,
Et quos nimbiferi traxit ab axe Noti.
- 4 Errabant queruli per inhiospira tesqua, nec urbes,
Nec domus his, profugi qua tegerentur, erat.
- 5 Omnibus ora fames, aegras tiris arida fauces
Clauferar, & priscus liquerat ossa vigor.
- 6 Rebus in adversis suderunt vora Tonanti,
Nec mora, de mediis eruiri ille malis.
- 7 Praevius optatas palantes duxit in urbes,
Et bonus afflictis tecta colenda dedit.
- 8 O precor, illius celebret miracula tellus,
Et largam miseris munificamque manum.
- 9 Ille suos epulis olim saturavit opimis,
Invalidis vires praebuit ille novas.
- 10 Adspice captivos lerhi caligine mersos,
Cura quibus torquet pectora, vincia pedes.
- 11 Hi prius aerherei monitus ritere parentis,
Jussaque supremi consiliumque ducis.
- 12 Ergo Deus fontes curis oppressis amaris,
Nec tamen auxilio qui fojet, ullus erat.
- 13 Rebus in adversis suderunt vota Tonanti,
Nec mora, de mediis eruit ille malis.
- 14 Exrulit è lethi tenebris, & carceris umbra,
Duraque coelesti vincula rupit ope.
- 15 O precor illius celebret miracula tellus,

- Et largam miseris munificamque manum.
- 16 Illius imperio vectes & ahenea claustra,
Et ferro rigidæ dissiliere fores.
- 17 Dum ruit in preeceps, & legum spernit habenas,
Quas meiuit poenas stulta caterva luit.
- 18 Respuit illa dapes, & nauseat, arida febris
Dum coquit, & pulsat mors inopina fores.
- 19 Rebus in adversis fundit pia vota Tonanti.
Nec mora, de mediis eruit ille malis.
- 20 Voce sua moestum recreat, membrisque vigorem
Inspirat; tetricam pellit & inde luem.
- 21 O precor illius celebret miracula tellus,
Et largam miseris munificamque manum.
- 22 Quas docet, huic libet curvato poplite grares,
Et canat aetherei clara tropaea patris.
- 23 Adspice velivolis populum qui pupibus aequor
Sulcat, & ignota merce fatigat aquas.
- 24 Huic Deus omnipotens mediis affulget in undis.
Scilicet hic vires exerit ille suas.
25. 26 Imperat ille Notis, & nunc mare tollit in altum,
Nunc premit, huic pectus liquitur omne metu.
- 27 Curritur huc illuc, & ceu male sobrius, alnum
Qui regit, ah, titubat, spes neque restar opis.
- 28 Rebus in adversis fundit pia vora Tonanti.
Nec mora, de mediis eruit ille malis.
29. 30 Sternit aquas, fraenatque Notos; portumque pe-
Illiis auspiciis laeta carina subit. (tituna)
- 31 O precor illius celebret miracula tellus,
Et largam miseris munificamque manum.
- 32 Coetibus in sacris vox illum praedicet omnis,
Numinis & referant sortia facta senes.
- 33 Illius arescunt fontes & flumina nutu,
Et loca sicca prius, luxuriatur aquis.
- 34 Duinque reos plecit dominos, pro ditibus arvis.
Exhibit hirsutis horrida tesqua rubis.
- 35 Dulcibus & scatebris steriles foecundat arenas,
Siccaque flumineos dicit in arva lacus.
- 36 Hic epulas inopi, peregrinis sufficit urbes,
Vertit & in nitidos horrida tesqua lares.

- 37 Hic laetas segetes, gravidas hic surgere vites
Imperat, & domino ferre tributa suo.
- 38 Prole beat multa populum, gregibusque petulcis,
Vixque suas numeret vespere pastor oves.
- 39 Mox carpit, tumidumque gradu deturbat ab alto,
Lancinat & vindex pectora mille modis.
- 40 Qui modo fulgebanr, foedati pulvere reges
Carpere coguntur per loca senta fugam.
- 41 Sed pater omnipotens humiles attollit in altum,
Auget & afflictas prole virente domos.
- 42 Haec olim spectabit ovans, qui diligit aequum,
Ora sed impietas tacta pudore premet.
- 43 Qui sapit, & memori mea condit pectora dicta,
Discet ab his, quanto flagret amore Deus.

P S A L M U S C V I I I .

Paratum cor meum Deus, &c.

- P Rompta mihi mens est, & te Deus adspicit unum,
Te mea vox dominum, te celebrabit ebur.
- 2 Excute segnitem, numeris cane lingua decoris.
Psallite vocali nablia juncta lyrae.
- 3 Mane novo super astrā, Deus, te carmine tollam,
Et tua per populos fortia facta feram.
- 4 Magne parens, aequat tua te clementia coelo,
Transvolat & nubes intemerata fides.
- 5 Qua Deus effulges effet super aethera lucem,
Terraque sit radiis tota corusca tuis.
- 6 Tu tibi dilectum superis de sedibus audi,
Dumque vibrant hostes spicula, tende manum.
- 7 Vox hilarat me sacra Dei, quo vate Sucothii.
Metiar, & Sichemae partiar urbis agros.
- 8 Cum Giliadaeis subdam mihi rura Manassae,
Juda dabit leges, gens Ephraïma viros.
- 9 Juncta Moabaeis populis juga dives Idume
Induet, imperiis obsequiosa meis.
- Quaeque Palaestinae pingues gens incolit oras,
Vieta gravi bello nostra tropaea canet.

- 10 Quo duce munitae succedam moenibus urbis?
Gentis Idumeae quo duce regna petam?
11 Qui prius exofas acies educere bello
Jure recusasti, tu Deus arina reges.
12 Fer bonus auxilium, nos dum ferius obsidet hostis.
Te Deus excluso nemo ministret opem.
13 Numinis auspiciis pugnabitur, hostica pubes
Concidet, & pedibus colla premenda dabit.

P S A L M U S . C I X .

Deus laudem meam ne tacueris, &c.

- QUi mihi regali cingis diademate frontem,
Dum premor adversis ne, pater alme, file.
2 Hostis atrox samam mihi rodit dente maligno,
Armat & occultis ora nesanda dolis.
3 Fraenaque dans odiis insultat, & impete facto,
In caput insontis spicula mille vibrat.
4 Pensat amicitiam plusquam capitalibus iris,
Ast ego te supplex, dum premor, usque voco.
5 Utilis obsequii gravis est injuria merces,
Tristis & est odii causa fidelis amor.
6 Hanc, precor, auctori scelcrum, pater, objice praedam,
Cingatur Geniis impia dextra feris.
7 Judicis ante pedes huic calculus exeat ater,
Dumque rogat veniam se probet ipse reum.
8 Occidat sute diem sato praereptus, & alter
Occupet illustrem quem tenet ille locum.
9. 10 Exulet orba viro conjux, sobolesque parente,
Et quaerant inopes per loca senta dampem.
11 Institor usuris loculos emungat, & hostis
Bellipotens reliquas depopuletur opes.
12. 13 Nemo patrem miserans, vel prolem sublevet orbam,
Sed cadat haec nullo commemoranda die.
14 Tu delicta patrum, Deus, alta mente reconde,
Impia nec matris crimina merge freto.
15 Jugiter haec specta, scelerataque nomina dele:
Nemo parens illi, nemo vocetur avus.

- 6 Scilicet hic inopum miseteri nescius, olim
Gestiit innocua tingere caedē manus.
ille pios olim leto devovit, & umbris;
 Sit potior voti pats precor ipse sui.
- 7 Attulit hic hominum nulli, dixitve salutem,
 Huic quoque nec dicat, nec ferat ullus Ave.
- 8 Hunc tecat opprobrium ceu vestis, & instat olivi.
 Offa, jecur penetret fluxilis instar aquae.
- 9 Hoc humeros velet, toti spectabilis orbi,
 Suppleat hoc zone tempus in omne vicem.
- 10 Sic Deus cōfrenis penset convicia linguae.
 Hostibus, ô utinam, poena sit ista meis!
- 11 Asſere me vindex, sic te canet ultimus orbis,
 Tu pater es vitae, solus & auctor opis.
- 12 Me inala pauperies & fors nimis aspera vexat.
 Cernis & aetumnis pectora mille premi.
- 13 Sol ubi declinat, nemorum sic deficit umbra,
 Sic fugit iratis acta locusta Notis.
- 14 Longa fames genuum juncturas luxat & artus,
 Et tenuem maciesasperat atrā cutem.
- 15 Fabula sic fio, caput & plebs impia quassans,
 Me quoties spectat, dente minante petit.
- 16 Tu fer opem misero, Deus, & de sede suptema,
 Signa patrocinii da manifesta tui.
- 17 Impius hinc discat quam sit tibi dexteta fottis,
 Omnis & auctorem te fateatur opis.
- 18 Me petat ille probis, sed tu bonus adspice, me-
 que
 Dum recreas, illi tinge pudore genas.
- 19 Hunc pudor involvat, ceu lana bis ebria coco,
 Et quae Sidonio murice palla tubet.
- 20 Tunc ego te Dominum sublimi carmine tollam,
 Audiet & numeros laeta corona meos.
- 21 Nempe tuis tu dexter ades, tenuelque tuetis,
 Hostilis stricto dum furor ense petit.

P S A L M U S C X .

Dixit Dominus. Dominus meo, &c.

- I**lle opifex rerum, dominusque decemplicis aulae
Sic Domino supera dixit in arce meo:
Ad dextris tu, Nata, mihi conside coruscus,
Dum subdam pedibus colla inimica ruis.
2 Sceptra Sionaea mittere de rupe, rebelles.
His olim domitos sub tua jura trahes.
3 Sponte triumphante populus, dominumque sequetur
Gens sacra, quae nivea sindone tota nitet.
Roscida quot geminas in pratis parturit Eos,
Tot lecti juvenes ad tua signa ruent.
4 Nempe Deus, cui certa manet sententia mentis,
Juravit solvens talibus ora modis:
Regia dum stabit superetum, tu, Nata, sacerdos
Regis ad exemplum Melchisedecis eris.
5 Ille tibi dextrum stipans latus, induet iras,
Et regum subito transiget ense jecur.
6 Strage virum campos cuinulabit vindicta ferro,
Illi & populi proteret ira duces.
7 Hauriet in terris acidi nigra pocula fellis,
His quoque libatis carpet in astra viam.

P S A L M U S C X I .

Confitebor tibi Domine, &c.

- J**udicis aetherei laudes attollite: tota
Coetibus in sacris hunc ego mente canamus.
2 Armatur valido coelestis robore dextra:
Nec latet hoc Domini quos pius urit amor.
3 Hanc honor, auratis hanc stipat adorca pennis,
Omnibus & faeciliis inviolata fides.
4 Tradidit haec seris memoranda nepotibus olim
Ille sequestrati spesque salusque chori.
5 Ille piose puluis recreat pectuslibus, icti

Foede.

Foederis aeternum pollicitque memor.
 Ille suas populo vires patefecit ab alto,
 Gentis & exosae praedia sorte dedit.
 Estque pium dextra quidquid molitur & aequum,
 Et stabili terras lege polumque regit.
 ussa dedit, quae nulla potest delere vetustas,
 Hac ope se justum veridicumque probat.
 Ille suum asseruit populum, foedusque perenne
 Sanxit, & aeternum comparat inde decus.
 o Hunc pura si mente colis, prudentia summa est;
 Et sapis, hunc quisquis supplice mente times.
 llius clogium durabit, sidera coelum
 Dum vehet, & Solis lucidus axis erit.

P S A L M U S C X I I .

Beatus vir qui timet Dominum, &c.

P Ange Dei laudes. O terque quaterque beatum
 Qui timet hunc, & quod lex jubet, instat iter!
 2 Sceptra geret soboles Solis contermina metis,
 Pandet & in placido candida vela salo.
 3 Quae colet Eois splendebiunt atria gemmis,
 Justitiam pariter postera saecla canent.
 4 E tenebris lux orta pios regit; arbiter orbis
 Scilicet elekti flagrat arvoare gregis.
 5 Vir pius afflictum miserans ope sublevat ultro,
 Dumque juvat, servant mensque manusque modum.
 6 Non illum vis ulla loco, vel te hinc movebit
 Hostica, nec famam deteret ulla dies.
 7 Nec vulgi rumore vago terrerbitur, unam
 Sed Domini supplex poscit & ambit opem.
 8 Spem fovet afflictus, riderque pericula, certus
 Vindicis ultrices non procul esse manus.
 9 Quas habet incertas nimium, semperque fugaces
 Erogat in tenues officiosus opes.
 Illius hinc pietas omni cantabitur aevo,
 Claraque victurus tempora cinget honos.

118 P S A L M U S C X I I I . & C X I V .

10 Impius haec spectans fremet, & tabescet, & Euri
Sentiet iratis vota nefanda rapi.

P S A L M U S C X I I I .

Laudate pueri Dominum, &c.

- E**ia age, sacra cohors, Domini quae iusta facessis;
Hunc celebra toto pectori, voce lyra.
2.3 Illius elogium venturum transfer in aevum;
Audiat & ritulos orbis utrumque latus.
4 Quo sedet hic solium terras supereminet; astra
Gloria transcendit, coelicolumque domos.
5 Isacidum domino, superos qui temperat axes,
Par nihil, immensus, qua patet, orbis habet.
6 Despicit hic coeli, coelo sublimior, arces,
Regnaque caeruleis quot mare cingit aquis.
7 Hujus & imperio vili de pulvere pauper
Surgit, & è medio turba misella luto.
8 Dat Deus his ipsos inter considere reges,
Inter & Abramidum sceptra tenere duces.
9 Stirpe beat steriles & laeta prole penates;
Illiūs, ergo pii dicire, vivat honos.

P S A L M U S C X I V .

In exitu Israël ex Ægypto, &c.

- C**uni domus Isacidum Nili septemplicis undas
Linquerer, & turre, barbara Memphi, tuas.
2 Rerum opifex sacro sibi junxit foedere Juda,
Ille comes, dubiae dux erat ille viae.
3 Vidit, & obstupuit mare, diffugientibus undis,
Et sacra Jordanis versa cucurrit aqua.
4 Subsiliere simul montes cum collibus imis,
Non fecus ac nivei dux sobolesque gregis.
5 Cur mare fugisti? Quis te, sacra fluminis unda,
In caput anriquum verrere jussit iter?
6 Cur montes, collesque simul saliistis, ut hirti

P S A L M U S C X V.

119

Dux gregis, hirsutae matris & agna comes?

7 Scilicet Isacidum conspecto Numine tellus

Intremuit, sacro fugit & unda metu.

8 Cautibus è fccis latices fluxere salubres,

Largaque devolvir flumina fissa silex.

P S A L M U S C X V.

Non nobis Domine, non nobis, &c.

A Lme parens, ne nos titulis illistribus orna,

Debira sunt armis nostra tropaea tuis.

Vindicias, vitamque tuo debemus amori,

Et fidei, quam lux solvere nulla potest.

2 Cur roget insano turgens gens impia fastu,

Nunc Deus, Isacidae quem venerantur, ubi est?

3 Noster in astrifera solium Deus obtinet aula,

Er populos nuru flestit ubique suo.

4 Caetera turba Deum nil est nisi fusilis auri

Massa, vel argenti pondus, & artis opus.

5. 6 Ora quidem, sed muta gerit, sunt lumina caeca,

Nare nec olfactat, nec irrahit aure sonos.

7 Nec palpare manu datur, aur incedere plantis,

Murua nec ficto gurture verba loqui.

8 Ipse suo par est operi, qui Numinia caelo

Fingit, & argenrum sculstile poscir opem.

9 Ar vos Isacidae rectori fidite rerum.

Hic clypeus vitam qui rueatur erit.

10 Seque Deo credat, patrem qui jaetat Aronem,

Hic clypcus vitam qui tueatur erit.

11 Tu fac idem coeli quisquis venerare parentem.

Hic clypeus viram qui tueatur erit.

12 Ille memor nostri, patrio nos fovit amore,

Mox dabit & vita prosperiore frui.

13 Hoc duce progenies florebit laeta Jacobi,

Quisquis & à sancto ducit Arone genus.

14 Eriget ille sui cultores Numinis, aetas

Seu virer his, cana seu nive testa coma est.

15 Ille simul patres, & qui nascentur ab illis,

Doti-

Dotibus augebit , deliciisque suis.

16 Vota secundabit Dominus , palatia coeli

Qui sibi , mortali pro grege finxit humum.

17 Illius obscuri nequeunt praeconia manes

Pandere , perpetuo inors quibus ora premit.

18 At nobis coeli liquida dum vescimur aura ,

Ille , polus dum fert sidera , carmen erit.

P S A L M U S C X V I .

Dilexi quoniam exaudiet , &c.

UROR amore Dei , me qui prospexit ab alto ,
Et facili gemitus non semel aure bibit.

2 Aure bibit facili gemitus ; huic ergo supinas ,
Dum fruar aetherea luce , levabo manus.

3 Me dolor obsedit lethi , mihi terror abyssi
Ante oculos , moeror pectoris hospes erat.

4. 5 Sideratum spectans , Fer opem , pater optime , dixi ,
Cui latus hinc bonitas claudit & inde fides.

6 Sublevat ille humiles , & me prope fluctibus haustum
Sustulit , innumeris eripuitque malis.

7 Eja age pone metum mens jam tranquilla : quod optas ,
Quodque juvat , larga sufficit ille inanu.

8 Eripit exitio vitam , lacrimantia siccat
Lumina , lapsantes firmat & ille pedes.

9 Illius auspiciis incedam tramite recto ,
Hic ubi selecto cum grege luce fruar.

10 Vindice sum nixus Domino , qui rebus in artis
Me recreans , docuit libera verba loqui.

11 Vim fugiens dixi , video jam vota virorum
Pondere destitui , verba carere fide.

12 His ego pro donis , regi , qui praesidet orbi ,
Dicere quas grates , quasve referre parem ?

13 Huic dape festiva laetus libabo , meroque ,
Et pia pro parta vota salute feram.

14. 15 Vota palam Domino persolvam , sanguine gentis
Qui sibi dilectae tingere tela vetat.

16 Verna , Deus , famulaeque tuae sum sanguine cretus .
Vindice

PSALMUS CXVII. & CXVIII. 121

Vindice solvisti tu mihi vincla manu.

17 Mille tibi referam tanto pro munere grates,

Teque patrem jugi sollicitabo prece.

18. 19 Vota redux solvam, populi spectante corona,

Testis & his rupes sacra Sionis exit.

PSALMUS CXVII.

Laudate Dominum omnes, &c.

P Andite facta Dei populi, domus utraque Solis

Quos videt, & geminus despicit orbis apex.

2 Qua sovet ille pios, brevibus clementia metis,

Temporis & claudi limite nescit amor.

Ergo Dei laudes coeli tollantur in arces,

Aeternumque volet fama per ora virum.

PSALMUS CXVIII.

Confitemini Domino, &c.

Q Uas decet auctori rerum depromite grates.

Illius est nullo limite clausus amor.

2 Jam domus Isacidum dicat simul ore rotundo,

Illius est nullo limite clausus amor.

3 Dicat Aron vates, & sacri sanguinis auctor,

Illius est nullo limite clausus amor.

4 Dic dominum quicunque colis coelique solique,

Illius est nullo limite clausus amor.

5 Hunc ego, cum premerer, flexi prece: viacula sol-

Ille dedit coelo liberiore frui.

vens,

6 Rerum opifex mihi dexter adest: jam nulla pericla,

Nullius incutient tela vel ira metum.

7 Ille meas partes juvat auxiliaribus armis,

Vistaque me coram gens inimica met.

8. 9 Tutius est Domino, populi quam fidere dextris,

Poscere vel regum, cum premit hostis, opem.

10 Me simul hostiles circum fremuere phalanges,

Has mea, sed Domino vindice, dextra meiet.

L

11 Me

122 P S A L M U S C X V I I I .

- 11 Me petiere simul nimium crudelibus armis,
Has mea, sed Domino vindice, dextra metet.
- 12 Me numerosa cohors circumdedit, atria circum
Cerea mellifcae sic glomerantur apes.
- Ignis ut arentes populat violentia sepes,
Hanc mea, sic Domino vindice, dextra metet.
- 13 Me dare praecipitem gens invidiosa parabas,
Sed tamen illius sustinuere manus.
- 14 Ille mihi rupes simul est portusque salutis,
Unica materies carminis ille mei est.
- 15 Numinis elogiis resonant pia testa, potentem
Illi & celebrant belligerantque manum.
- 16 Laudibus attollunt dextram, quae robore pollens,
Hostica se cogit subdere colla jugo.
- 17 Mortis ego tetricae contemnens spicula, vivam
Sospes, & invicti Numinis acta canam.
- 18 Me Deus affixit, fateor, nec simplice damno,
Sed jugulo gladios depulit ille meo.
- 19 Jam mihi, jam mystae, sacratas pandite valvas,
Huc ego vora Deo, nec sine ture, feram.
- 20 Sacra cohors templi resera pia limina, justos
Hic decet auratis figere dona tholis.
- 21 Te, pater alme, canam: facilem tu questibus aurem
Indulgens, vitae, qua fruor, auctor ades.
- 22 Hic lapis, artificum stolidus quem spreverat error,
Marmora combinans nobile fulcit opus.
- 23 Hoc Deus arcanum terris patescet, & omnes
His, & quod stupent, & venientur habent.
- 24 Lux fuit haec felix Divini conscientia patrus,
Omnibus & secum gaudia mille rulit.
- 25 Nunc, Deus, adfer opem coeli de culmine, nostri
Nunc, precor, o coeptis, consiliisque fate.
- 26 O ter felicem, qui missus ab aethere summo,
Fert secum domini iusta sacra fui.
- Nos, quibus incumbit dilecti cura peculi,
Huic simul optamus tempora laeta choro.
- 27 Desuper affulsa lux aurea. vinclis ad aras
Ser caper, & nirido de grege lecta bidens.
- 28 Tu Deus es, mea te vox laudibus evenerit unum,

Tu

P S A L M U S C X I X .

123

Tu Dominus , festa te celebrabo lyra.

- 29** Quas deceat , auctori rerum depromite grates .
Illiis est nullo limite clausus amor .

P S A L M U S C X I X .

Beati immaculati in via , &c.

I. A L E P H. N.

O Te beatum , purus & integer ,
Legum sacratum qui teris orbitam ;
Qui mente tota sempiterni
Justa sequi satagis parentis .

3.4 Qui liber omni flagorio , viam
Intulisti illam , quam pede fervido
Calcare jussit , qui supremo
Imperio moderatur orbem .

5.6 Praecepta legis fac , Deus , impleam ;
Vitae benignus dirige semitam ,
Non erubescam , te secutus ,
Æthereae dominator aulae .

7.8 His eruditus , pectore candido
Te praedicabo , legibus obsequens .
Ne te sequentem derelinque ,
Rerum opifex , ope destitutum .

2. B E T H. 2.

9.10 Qua regant mores juvenes , habenam
Lex dabit . Te rex Superum , rogavi
Mente sincera ; mihi , ne vacillem ,
Dirige gressus .

11.12 Peccatus offendit metuens recondit
Quae jubes , omni memorande saeclo .
Tu fac incedam , modererisque passus
Tramite recto .

13.14 Voce sublimi populos per omnes
Jura , ceu praeco , tua publicavi .

124 P S A L M U S C X I X.

Has ego fulvis Ophyrae caminis
Praefero gazas.

13. 16 Quam doces legem meditabor: una
Haec meam fulcir Cynosura puppem,
Haec mihi pectus recreat, nec ullo
Excidet acvo.

3. G I M E L. 2.

17. 18 Ut vivam, monitis promptus & obsequar;
Sis ô, sis famulo propitius tuo,
Papdens lumina, legis
Fac oracula conspicer.

19. 20 Hunc inter populum sum novus incola;
Legis sidereum ne jubar occule.
Hanc dum deperit unam,
Seu sim mens mihi liquitur.

21. 22 Tu plectis tumidos vindice dextrera,
Sacijs dum monitis nequiter obstrepunt
Me, qui iusta capessō,
Probris ocius eripe.

23. 24 Ah me de solio, dum tibi pareo,
Allatranr proceres: ast ego gestio
Sectari tua iussa,
Vitae perpetuae duces.

4. D A L E T H. 7.

25 Curarum nebulis mens jacet obiuta,
Promissio residem lumine recrea.

26 Te coram explicui pectoris abdita,
Tu me respiciens desuper erudi.

27 Tu me quae fugiam, quae sequar, edoce,
Ut miracla tui roboris eloquar.

28 Mens languet tetricis cincta molestiis.
Tu fer lenis opem, polliciti memor.

29 Fac ut mente procul sit dolus impius,
Lex vitae, precor ô, sit mihi regula.

30 Hanc legi dubiis in tenebris ducem,

Per

Per fluctus Helicen hauc sequar unicam.

31 Haesi, nil dubitans, illius orbitae.

Tu fac ora mihi ne pudor inquietet.

32 Hanc unam intrepide pes teret impiger:

Tu deters modo nubila pectoris.

M. M. I. A. S. S.
5. H. E. n.

33 Jussa me doce sacra.

Haec, luce coeli dum fruas, facebam.

34 Pectus erudi, tua

Ut pro virili secter instituta.

35 Quae jubes fac exsequar.

Hoc optat, hoc & mens anhelat unum.

36 Fac amem quod imperas,

Nec caeca mentem fascinet libido.

37 Vana fac abominer,

Et recreentur spiritus remissi.

38 Paeta sint precor rata,

Favorque fido debitus ministro.

39 Probra pelle plurimum

Timenda, judex & parens benigne,

40 Jussa mens sitit tua

Largire vircs auctor aequitatis.

M. M. I. A. S. S.
6. V. A. U. N.

41 Foederis & favoris,

Tu memor serva famulum praesidio paterno.

42 Nitor ego, regorque

Legis aeternae placitis: his reprimam obloquentes.

43 Haec quia pectus aegrum

Fulciunt, rerum genitor, ne mihi durus auser:

44 Sic tua jussa promptius

Exsequar, Solem celeres dum rapiunt quadrigae.

45 Haec quia mente tota

Seper amplector, gladios despiciam minaces,

46 Nec pudor ora pinget,

Cum tuas leges proceres purpureos docebo.

L. 3.

47 Has

- 47 Has ego dum revolvo,
Gaudium pectus subit, imas penetrans medullas.
48 Numinis imperata;
Sensibus condens penitus, intrepidus facessam.

7. Z A I N. ¶

- 49 Sis pacti veteris memor,
Pacti, quod famuli spem renovat tui.
50 Hoc me, cum premor, erigit
Et mentem recreat rebus in asperis.
51 Non me legis ab orbita
Divertit petulans lingua potentium.
52 Hanc olim meditans puer,
Concepi racito gaudia pectore.
53 Me totum stupor occupat,
Hanc fastus quoties proterit insolens.
54 Hanc unani super omnia,
Dum vixi, meritis laudibus extuli.
55 Te, Sol cum jubar oculit,
Adspecto in tenebris, & ribi pareo.
56 Quam, rerum genitor, mei
Merce ampla fuit, fructus & obsequi!

8. H E T H. n.

- 57 Tu pater omnipotens sors es mea. Legis aeviternae
Parebo, dixi, semper institutis.
58 Te, Deus, oravi prece supplice, lenis ut faveres.
Promissa servans subleva precantem.
59 Mente cata rexī vestigia; legis & pependi
Bilance justa cogitationes.
60 Me tenuit mora nulla, sed impiger imperata feci,
Quae, rector orbis, fulminans dedisti.
61 Compede me vinxit gens impia, sedulo sed inter
Tormentra mens est obsecuta legi.
62 Concubia te nocte canam, memor aequitatis, unu:
Qua tu resulges & benignitatis.
63 Si quis in hoc populo est te qui colit, inter hunc sodales

Inter

Inter reponam candidos amicos.

64 Irradiat terras bonitas tua , tu resolve luce
Legum tuarum pectoris tenebras.

9. T E T H. v.

65 Tu rerum genitor , polliciti perpetuo memor ,
Juvisti famulum propitio subsidio tuum.

66 Tu mentis tenebras luce tua discute , nam tuis
Constanter placitis & monitis credo fidelibus.

67 Erravi prius , & vita fuit septa molestiis.

At nunc aethereis , nil dubitans , vocibus obsequor .

68 Te nil est melius , te famulis nemo benignior ,
Leges ergo ruas , & monitus , me bonus edoce.

69 Me quamvis laceret dente truci gens nimis arrogans ,
Te quocunque jubes pone sequar , legibus audiens.

70 Est illi populo mens hebes abdomine pinguior ,
Sed lex mille mihi deliciis peccatis inebriat.

71 Me pungi stimulis desuper o quam fuit utile !
Hinc patris didici coelicoluni jussa faciliere.

72 Argentum sitiat vulgus iners , & miseris opes ,
Legis luce tuae siderea plus ego recreor.

10. J O D, .

73 Dextera me finxit tua. leges , nube remota ,
Da mihi nosse tuas.

74 Cum cernet gens sancta tuis me fidere jussis ,
Ingeminabit lo.

75 Ah miser agnolco , quibus hinc , quibus inde laceffori
Me mala jure pati.

76 Me tua soletur bonitas & foedera , nullo
Dissoluenda die.

77 Me tua restituat vitae clementia , namque
Lex tua grata mihi est.

78 Qui premit insontem fastu sit dedecus orbis ,
Nam tua jussa sequor.

79 Quisquis & observans legem tibi supplicat , opto
Flagret amore mei.

80 Cor tibi morigerum tu dona, ne mihi turpis
Inquiet ora pudor.

11. C A P H.

81 Mens spe salutis languet, & vires labant,
Dum legis insto semitae.

82 Visus hebescunt, dum queror paclam tuis
Abesse promissis fidem.

83 Aresco curis, uter ut sumo solet,
Sed voce delector tua,

84 Lux ecqua tantis afferet finem malis.
Poenaisque dignas hostibus?

85 Gens plena fastu fudit insolenti scrobem,
Dum fraena leguni respuit.

86 Lex aequa certe est, innocens quamvis premor;
Tu me potenter libera.

87 Me cum superbus mille plagis obruit,
Legum statutis parui.

88 Tu redde vitam, spiritus & pristinos,
Et quae jubes nox exsequar.

12. L A M E D.

89. 90 Coeli fiderei vox tua vinculis,
Suspedit fabricam plusquam adamantinis.
Ideni perpetuo stare loco jubes
Terram fallere nescius.

91. 92 Jussis & placitis obsequium tuis
Praebent, & stabilis machina permanet.
Busto jam tegeret, me nisi languidum
Fulciscent tua foedera.

93. 94 Leges usque memor mens recolet, quibus
Et vivo & valeo viribus integer.
Illarum cupide dum tero semitam,
Casium viribus assere.

95. 96 Eheu, mille dolis opprimor undique,
Leges continue dum veneror tuas;
Pennâ dum celeri caetera transvolant,
Hac semper stabiles manent.

13. M E M. D.

- 97 Quām legum studio levor sacrarum;
Quas noctes meditor vigil diesque!
- 98 Has dum ruminor, eruditionis
Palmarū praeripio hostibus malignis,
- 99 Inter & caput effero magistros,
Has dum cogito pertinax sequorque.
- 100 Dum legum placitis regor tuarum,
Ipsos exsupero senes peritos.
- 101 Ut te pone sequar ducem viarum,
Pes declinat iter tenebrionum.
- 102 Tu praecepta mihi parens dedisti.
His passus moderor, procul ruinā.
- 103 O quam sermo tibi fluit venustus!
Quam mellis superat meri liquorem.
- 104 Hic mentem tenebris levas, viasque
Hoc fretus fugio catus sinistras..

14. N U. N. J.

- 105 Instar lucernae legis aureum jubar
Me regit, & tenebras potenter omnes dissipat.
- 106 Sancte spoendi, nutibus pater tuis
Me sore morigerum, datamque præstabo fidem.
- 107 Quot cingor, eheu, quot premor molestiis?
Me mihi redde, rui favoris & pauci memor.
- 108 Quas ore libo, spirituque victimas
Accipe, sed facilis, doceque rectam semitam.
- 109 Me mille quamvis obruant pericula,
Te ramen usque sequor, tuo dicatus Numini.
- 110 Dum me dolosis implicare cassibus
Gens scelerata parat, tuis statutis haereo.
- 111 Nunc sunt, & olim mentis haec erant meae,
Gaudia deliciae, lucerna, spes haereditas.
- 112 Praecepta legis mente candida sequar,
Dum mihi mens superest, & ossa velantur cute.

15. S A M E C H . 3.

- 113 Odi ego quae peccus sibi fingit futile, legis
Nempe tuae dulcedine captus.
- 114 Tu rupes, clypeusque mihi es, cinctusque pericli
Fido tuis, pater optime, dictis.
- 115 Sit procul impietas omnis, scelerumque ministri
Semper ego tua iussa capessam.
- 116 Me, pater, ut vivam, verbi firmamine fulci,
Nec spes sit comitata pudore.
- 117 Da vitam viresque mihi: sic passibus aequis
Te sequar, & quo jussleris ibo.
- 118 Hos pede calcasti, quos devius abripit error,
Hos sua fraus dimittit inanes.
- 119 Pulveris in morem fceleratos spargis in auras,
Ergo sequi tua diligo iussa.
- 120 Tela tuae quories & fulmina conspicor irac,
Stat coma, cor stupet, horrea totus.

16. A I N . y.

- 121 Me juvit aequum semper & bonum sequi.
De me fac, oro, ne triumphet impius,
- 122 Tu sed benignus me tuere servulum.
Fae arrogantum ne molester spiculis.
- 123 Ah, dum salutem prestolor diu nimis,
Fidemque pactam, vieta torpent lumina.
- 124 Favoris alâ me paterni protege,
Et paide vitae purioris semitam.
- 125 Devorus uni Numini cum serviam:
Pulsis tenebris, scire da quod imperas.
- 126 Nunc ultiō tempus instat debitum,
Hos perde sacrī qui statutis obstrepunt.
- 127 Legum tuarum suavitatem p̄aeferam
Auro, quod ignis jam probavit septimus.
- 128 Amussis hæ sunt aequitatis aurea;
Has sector, & tortas abominor vias.

17. P E. D.

- 29 Quam tua mortalem superant otacula captum!
Haec eruditus perpetue prosequat obsequio.
- 30 Prima tuae legis pellunt elementa renebras,
Et caecitatem pedestris, instituuntque rudes.
- 31 Attraxi tua verba, velut cum gutture toto
Invitat auras aethetis aeger agens animam.
- 32 Quâ tibi dilectos nimium dignatis amicos,
Rerum creator maxime, da mihi luce frui.
- 33 Legis ad atbittium titubantem dirige gressum;
Nec peccus in praedam sine cedere flagitiis.
- 34 Eripe me furiis hostilibus, eripe telis.
Da, rectot orbis maxime, te dute recta sequi.
- 35 Me radiis perfunde tuis, pedestrisque serena,
Et da faceslam, tu mihi quod pater impetas.
- 36 Dunt reliqui tua iusta lequi monitusque recusant;
Ah lacrimarum protinus obruor oceano.

18. T S A D D I. D.

- 137 Res hominum, rectot superum, tu legibus aequis
Et lance dispensas pari.
- 138 Est rectum quodcunque subes: nil sanctius illo
Tuo vel aequius foro.
- 139 Tabesco, dum jura ferus tuis proterit hostis,
Et peccus omne liquitur.
- 140 Candidus est scribo tuus, hunc exostutor unum;
Et corde toto diligo.
- 141 Est mihi fors tentis, gens & me sibilat exlex,
Verbis sed obsequor tuis.
- 142 Æternum durant tu quae praescribis, & una
Sunt veritatis regula.
- 143 His ego dele&tot, me quamvis mille malorum
Molesta cingant agmina.
- 144 Nulla dies illis metam præfigit. ut ergo
Vivam, doce quod imperas.

19. K O P H. D.

- 145 Te, Deus, oravi supplex, da questibus aurem,
Ut imperata promptus exsequar tua.
- 146 Æthera laslavi gemitu, succurre precanti,
Tibique, recto orbis, obsequar lubens.
- 147 Dum gemo, dum clamo, quos Eos explicat igne
Querela tristis antevertit aureos.
- 148 Anticipo vigiles ipsos, tua nocte dieque
Statuta mente dum revolvo sedula.
- 149 Me bonus exaudi, vires & redde, favoris
Et aequitatis usque pristinae memor.
- 150 Me premit à tergo scelerum qui laxat habendas,
Fugitque legis, despicitque semitam.
- 151 Tu iamen es praesto, leges discrimine nullo
Tuas coronat aeviterna veritas.
- 152 Includi bievibus renunt tua foedera metis,
Vicesque temporum subire lex nequit.

20. R E S A C H. 7.

- 153 Sis memor servi pereuntis, alta
Qui mente legem condidi.
- 154 Me, tenax paeti, famulum tuere,
Et luce pectus recrea.
- 155 Nulla spes illi superest salutis,
Qui fraena legum respuit.
- 156 Tu mihi vires repaia, pateino
Amore qui me protegis.
- 157 Me licet cingant tumidae procellae,
Tuis statutis dirigor.
- 158 Hostium spectans animos rebelles,
Moeiore perceller gravi.
- 159 Me refocilla iadio favoris,
Testis perennis obsequi.
- 160 Terminos nescit tua lex prioris,
Sed nec futuri temporis.

21. SCHOL. N.

- 61 Insom. porcentum spiculis
Legisque custos obruor.
62 Ut praeda dives militem,
Sic una lex me recreat.
63 Hanc mente tota diligo,
Sed fraudis odi retia.
64 Hanc me canentem sedulo
Lux una cernet septies.
65 Hanc quisquis unam deperit,
Quieta gaudet petpete.
66 Me spes salutis erigit,
Dum iussa sector Numinis.
67 Dum legibus vaco sacris,
Delectot his & recreat.
68 His obsequutum me vides,
Notasque vitae semitas.

22. T A U.

- 69 Exaudi gemitus, tuis
Et me legibus instrue.
70 Auscuitans famulum, Deus,
Serva polliciti memot.
71 Leges me bonus edoce,
Laudes & referam tuas.
72 Te vox tollet ad aethera,
Leges qui stabilis pias.
73 Illas cum sequar, astere
Servum vindice dextera.
74 His laetor, fer opem, diu
Quaesitam prece supplice.
75 Ut te laudibus eveham,
Vitam vox tua sospitet.
76 Me quaere ut pecudem vagam,
Leges & recolam tuas.

P S A L M U S C X X .

Ad Dominum cum tribularer, &c.

- T**E, Deus, oravi mediis in fluctibus; aures
Et sensi faciles in mea vota tuas.
2 Me, quibus infestor, fallacibus etipe linguis,
Fraudis & artifices me procul esse jube.
3 Quam dolus armat atrox, nimis & penetrabile virus
Quid tibi non optem, perfida lingua; mali?
4 Ignea juniperi minus urit pruna, nec ensis,
Par huic, aut jaculi cuspis acumen habet.
5.6 Cur, Nomadas inter, deserta mapalia sector?
Inter inhumanos cur ego vivo Getas?
7 Me juvat alma quies; gens haec fera bella minatur
Et, quoties pacem poscimus, arma crepat.

P S A L M U S C X X I .

Levavi oculos meos in montes, &c.

- A**D facta devotos attollam culmina vultus; M. X
In quibus antiquae spes mihi restat opis.
2 Me juvat hic, coeli volucres qui texuit orbis,
Et tetram vitreis undique cinxit aquis.
3 Sic ego me solor; Gressus moderabitur ille,
Ne tibi pes usquam cespitet, ille dabit.
4 Usque vigil, seu Sol rutilat, seu conditur undis;
Ille tuas custos excubat ante portas. M. XI
Adde fidem dictis, Solymam qui servat; aperta,
Dum stertunt alii, lumina semper habet.
5 Te regit & praesto est, & laeta nubilat umbra,
In via si quando per loca carpis iter.
6 Solis, ubi lux est, radios arcebit & aestum,
Nocte tuum pellet, toscida Luna, gelu.
7.8 Te Deus aeternum coelesti proteget ala,
Sive domi malis vivere, sive foris. M. XII

P S A L M U S CXXII.

Laetatus sum in his quae dicta, &c.

- 1 Audia tum cepi, vox cum mihi perculit aures,
Ad pia quae iussit limina ferre gradum.
- 2 Ibumus in sacri reduces penetralia templi,
Nobilis urbs hilari nunc adeunda pede est.
- 3 Urbibus hanc confer reliquis, concinnius illa,
Nil & splendidius maximus orbis habet.
- 4 Huc domus Isacidum properat, stata tempora servans,
Et supplex Domini sternitur ante pedes.
- 5 Davidis hic solium spectas, quod praesidet orbi,
Legibus & sanctis fasque nefasque regit.
- 6 Numinis auspiciis urbs haec ut floreat, opta;
Qui favet huic, illi prospera vita fluet.
- 7 Urbs sacrâ, sidereis te pax circumvolet alis,
Quasque tenes atces incolat alma quies.
- 8 Civibus opto meis, catisque tribulibus alta
Otia, perpetuis concomitata bonis.
- 9 Cum tua praetulerit reliquis moderator Olympi
Atria, prae reliquis haec tibi fausta precor.

P S A L M U S CXXIII.

Ad te levavi oculos, &c.

- 1 Alme patens, in te defigo lumina, coeli
Qui procul à nobis dissipata tecta colis.
- 2 Sedulus ut famulus gestus observat heriles,
Et nutus dominae fida ministra snae:
- Sic, Deus, intentis oculis te specto, salutem
Dum populo coeli lenis ab arce feras
- 3 Adfer opem miseris, tot qui fastidia passi
Fabula jam vulgi ludibriumque sumus.
- 4 Otia dum dicit, sannis nos excipit hostis,
Calcat & audaci turba proterva pede.

P S A L M U S CXXIV.

Nisi quia Dominus, &c.

- G**ens sacra jam dicat, Nobis nisi Numinis olim
Auxiliatricem dextra tulisset opem,
2. 3 Hosticus insurgens furor implacabilis, arces
Hausisset Solymas, Isacidumque domos.
4. 5 Unda vorax refluo sorpsisset gurgite vivos,
Et sacra gens tunidis tota perisset aquis.
6 Ergo Deum celebra, corvos qui ludit hiantes,
Et Solymas praedam non finit esse lupis.
7 Fugimus insidias, volucres sic, compede rupta;
Aucupis evadunt, quas metuere, manus.
8 Nitimur Isacidae Domino, sublimis Olympi
Qui simul & terrae, quam premis, auctor erat.

P S A L M U S CXXV.

Qui confidunt Domino, &c.

- G**ens pia subsistet, rupes velut alta Sionis,
Quae ridet rapidi flabra proterva Noti.
2 Ut Solymam montes, sacrum sic undique coetum
Æternum Domini munit & ambit amor.
3 Ne pius exemplo peccet, sine fine modoque,
Non sinet hunc coeli rex ab hoste premi.
4 Alme patens, lenem cultor te sentiat aequi,
Et quisquis vacuum crimine pectus habet.
5 Si quis at a recto deflectit tramite, poenas
Fac luat has, scelerum quas meruere duces.
Pax tamen huc niveis labatur ab aethere pennis,
Et Solymae sancta figat in urbe larem.

P S A L M U S CXXVI. & CXXVII. 137

P S A L M U S CXXVI.

In convertendo Dominus captivitatem, &c.

- 1 Sacidum captiva cohors, Babilone relista,
Cum peteret patrii dulcia testa soli,
Mens stetit in dubio, veluti qui mane revolvit
Somnia, quae certam non meruere fidem.
2 Libera mox hilates in risum solvimus ora,
Sustulit & cantus lingua solita novos.
Tristibus haec spectans oculis gens accola, Quanto
Isacidum vindicta robore pollet, ait?
3 Viribus invictis nos juvit, & obruit hostes,
Quaque gradum tulimus, nil nisi plausus erat.
4 Collige reliquias lectae, pater optime, gentis,
Flaminis ut cumular nubilus austera aquas.
5 Qui gemit illacrimans dum mandat semina sulcis,
Ridebit quories est refecanda seges.
6 Horrea dum cernit vacuari ditia lugens
Exit, ovans idem, cum metit arva, reddit.

P S A L M U S CXXVII.

Nisi Dominus aedificaverit domum, &c.

- 1 Ni Deus adspiret, ne quicquam substruis aedes,
Ne quicquam partes excubitoris agis.
In cassum monitrix operum te suscitat Eos,
In cassum sera nocte cubile premis.
Nec dape te satiat labor aerumnosus, at ista
Satque superque piis sufficit ipsa quies.
Nascitur his soboles Domino quae scribitur haeres,
Hanc ea mercedem gens pietatis habet.
Pignora quae gignunt primaevi in flore juventae,
Suat veluti forti spicula missa manu.
O felix pharetram jaculis qui talibus imples!
Scilicet his nullus polluet ora pudor.

138P. S A L M U S CXXVIII. & CXXIX.

Et tibi si coram contingent judice lites,
Laetus ab his cernes hostibus ora premi.

P S A L M U S CXXVIII.

Beati omnes, qui timent Dominum, &c.

O Te felicem, Dominum quicunque vereris,
Et satagis leges, quas dedit ille, sequi!

2 Quem colis optatas epulas tibi fundet agellus,
Lenibus & Zephyris vela secunda dabis.

3 Instar erit vitis conjux foecunda tenellae,
Quae domini cingit fronde virente larem.

Laeta coronabunt geniale pignora mensam,
Ut truncum nitidis vettit oliva comis.

4 Sic tibi laeta fluent & candida tempora vitae,
Mente Deum quisquis non dubitante times.

5 Has tibi delicias Dominus de rupe Sionis
Mitteret, & è cornu divite fundet opes.

Dumque trahes luces, Solymam florescere, cives
Omnibus & cernes luxuriare bonis.

6 Auctibus immodicis spectabis surgere prolem,
Et genus Isacidum perpetue pace frui.

P S A L M U S CXXIX.

Saepe expugnaverunt, &c.

GEns fera mille malis, primis me pressit ab annis,
Jam Solymae populus dicere jure potest.

2 Gens fera mille malis primis me pressit ab annis:
Non tamen hostiles praevaluere manus.

3 Terga mihi fodit non uno vulnere: duro
Rusticus haud aliter vomere sulcat humum.

4 At pater omnipotens, qui servantissimus aequi est,
Hostica disrupti vincula, largus opis.

5 Sacra Sion, odiis te qui premit impius hostis,
Terga det infami sanguinolenta fugae.

6 Sit velut herba recens, quae recti in culmine summi
Sponte

P S A L M U S CXXX. & CXXXI. 139

Sponte sua surgens vix bene nata perit.
Falce metit nemo, maturis implet aristis
Nemo manum, nulli degravat illa sinum.
Nemo viatorum, felici sidere messis
Uber, ait, dextro Numine cricce seges.

P S A L M U S CXXX.

De profundis clamavi, &c.

Ngemui, vocemque trahens de pectoris imo,
Te, Deus, oravit mens stupefacta misis.
Supplicis exaudi geinitus, auremque querelis
Inclinans, famuli fac rata vota tui.
Si quoties peccant mortales, mente recondas,
Pars quota quae mittes fulmina ferre queat?
Sed iua te niveis cingit clementia penuis,
Ut pius hinc subeat pectora sancta timor.
Fluctibus in mediis Dominum spes omnis in unum
Incubuit, pactis certa fubesse fidem.
Hoc spectat mens laeta jubar: nocturnus Eoâ
Parcius excubitor luce refectus ovat.
Erigat Abramidas Domino spes nixa fideli,
Cui comes est bonitas & curnulata salus.
Hic gregis electi vitali flumine noxas
Abluct, & quidquid pectora faecis habent.

P S A L M U S CXXXI.

Domine non est exaltatio, &c.

Non ego, magne parens, cristas attollo comantes;
Nec tumet inflatum pectus amore sui.
Fronte nec elata fpecto sublimia, captum
Quidquid & exsuperat mens procul esse jubet.
Rebus in adverbis, infantis, lacte recenter
Provida quem mater depulit, instat eram.
Sic ego conticui: sic discat semper Abrami
Poteritas uni credere vota Deo.

P S A L M U S C XXXII.

Memento, Domine, David, &c.

- R**espice Jessiaden, pater & regnator Olympi,
Quasque tulit memori mente revolve cruces.
2 Ille Dcum jurans, Solymam qui protegit, ora
Solvit, & haec voti summa caputque fuit:
3 Non mihi regali prius aut succedere testo
Fas erit, aut molli credere membra toro.
4.5 Nec prius obrepet somnus, quam limina signen
Quae colar Isacidnm tempus in omne Deus.
6 Rumor erat Bethiae deberi Numinis aedem,
Debita sed Solymae laus fuit illa jugis.
7 Huc carpamus iter, patris hic sternamur ad aras,
Scaminaque, fidereo quae premit ille pede.
8 Surge, parens rerum, stabiles hic fige penates,
Sitque tibi constans foederis arca comes.
9 Huc properent pura velati sindone mystae,
Plenaque laetitiae gens sacra cantet Io.
10 Quod tibi sacrasti, tu Jessae respice germen,
Nec tetricus C H R I S T I respice vota tui.
11 Jessiadae, memini, jurasti, vertere mentem.
Nescius, obstrictam vel temerare fidem.
Davide prognatus, dixisti, sceptrta tenebit,
Conscender solium inox patris ille sui.
12 Et mea si ser'i servarint jussa ncپotes,
Haec illis pariter sceptrta regenda dabo..
13 Ipse mihi sanctae delegi testa Sionis,
Illa placent, stabiles hic ego figo lares.
14 Haec domus est, & certa quies, aedesque perenn
Deliciisque animae dimidiunque meae,
15 Hic bona de pleno fundetur copia cornu,
Nec dcerit renui messis opima gregi.
16 Casta sacerdotes pieras decorabit, & hymnis.
Æthera mulcebit sancta caterva novis.
17 Davidis excrcscet soboles, & robore pollens
Hic nitidum raseo fundet ab ore jubar.

PSAL. CXXXIII. CXXXIV. & CXXXV. 141

Illiæ æternum florebunt scepta, notabit
Sed pudor hostiles inficietque genas.

PSALMUS CXXXIII.

Ecce quam bonum, & quam jucundum, &c.

O quibus illecebris pax & concordia fratrum
Me trahit, & pia qui pectora jungit amor!
Qui caput & barbam, limbum qui vestis Aroni
Perluit, haud alio fragrat odore liquor.
Sic gestit, plauditque Sion & nubifer Hermon,
Florea coelesti cum juga rore tepent.
His quibus arridet pax aurea, conditor orbis
Prospicit, & vita dat sine fine frui.

PSALMUS CXXXIV.

Ecce nunc benedicite, &c.

E Ja agedum, templi custos nocturne, minister
Quisquis & es, superum fer fuper astra patrem.
Tolle supinatas supplex ad sidera palmas,
Cantibus & templum personet omne sacris.
Hic ribi succurret celsa de rupe Sionis,
Qui domina terras finxit & astra manu.

PSALMUS CXXXV.

Laudate nomen Domini, &c.

E Ja agedum, facri Dominum laudate ministri,
Dicite coelesti carmina laeta patri.
Vos templi vigiles, laudes celebrate Tonantis,
Quo melius, quo nil pulcrius orbis habet.
Aurea solenni retincent sacraria cantu:
Elogiis Domini convenit ille locus.
Legit hic Isacidas multis de millibus unos,
Gens ea thesauri divitis instar erat.

142 P S A L M U S . C X X X V I .

- 5 Non ignota loquor : praefstanti robore dextrae
Eminet & reliquis imperat ille Deis.
- 6 Illius ad nutum tellus versarur & aether ,
Et mare , sub pedibus quidquid & abdit humus
- 7 Sedibus ex iunis tolluntur in ardua nubes ,
Imbribus & subitis praevia flamma ruit.
- Ille , suos referans thesauros , evocat auras ,
Et quatit hibernis culmina summa notis.
- 8 Illius est dextra tellus orbata Canopi
Flore juventutis , primitisque gregis.
- 9 Numinis attonitus sensit miracula Nilus ,
Haustus & irato dux populusque freto.
- 10 Mille simul ferro domiti periere tyranni ,
Duraque pro sceptris vincla tulere duces.
- 11 Gentis Amorrhæae princeps , dominusque Bazani
Concidit , & proceres , gens Cananaea , tui.
- 12 Regibus extinctis felicia praedia rerum
Conditor Isacidis , imperiumque dedit.
- 13 Ergo , Deus , sacri spes & tutela peculi ,
Nulla tuas laudes est tacitura dies.
- 14 Est populi tibi cura tui , tibi flexilis ira est ,
Et tua tela tuus saepe retundit amor.
- 15 Impius argentum pro Dis veneratur & aurum ,
Et colit artificis Numina ficta manu.
16. 17 Luce carent oculi , nec verba , nec halitus o
Suppetit , est pelagi surdior auris aqua.
- 18 Talia qui cudit vel adorat Numina demens ,
Numinibus par est sculptilibusque suis.
19. 20 Isacidae Dominum celebent , & quisquis Aron
Et Levi quisquis praedicat inter avos.
- 21 Hunc canat & Solyme regem quicunque veretur
Grandibus hunc titulis ornet & alma Sion.

P S A L M U S . C X X X V I .

Confitemini Domino , &c.

QUAS decet auctori rerum de promite grates ;
Illiūs est nullo limite clausus amor.

- Solvite jam grates Regi dominoque Deorum;
 Illius est nullo limite clausus amor.
- Ferte Deo grates, cui paret purpura regum,
 Illius est nullo limite clausus amor.
- Dextera cui fortis, cui sunt miracula soli,
 Illius est nullo limite clausus amor.
- Ardua qui solers suspendit moenia mundi,
 Illius est nullo limite clausus amor.
- Fluctibus è mediis qui jussit surgere terras,
 Illius est nullo limite clausus amor.
- Aurea qui utilis accendit sidera flammis;
 Illius est nullo limite clausus amor.
- Tempora qui lucis moderatur tramite Solis,
 Illius est nullo limite clausus amor.
- Astrorum Lunaeque rotis qui temperat umbras,
 Illius est nullo limite clausus amor.
- Robora qui Phariae stravit floremque juventae,
 Illius est nullo limite clausus amor.
- Qui bonus Isacidas Nili revocavit ab undis,
 Illius est nullo limite clausus amor.
- Qui sibi devotos defendit vindice dextra,
 Illius est nullo limite clausus amor.
- Qui mare dissecuit medium, spectante Canopo,
 Illius est nullo limite clausus amor.
- Quo duce sacra cohors evasit hostes ab undis,
 Illius est nullo limite clausus amor.
- Gurgite qui Pharium mersit cum milite regem,
 Illius est nullo limite clausus amor.
- Pervia quil populo fecit prius invia tesqua,
 Illius est nullo limite clausus amor.
- Cujus & illustres obtrivit dextera reges,
 Illius est nullo limite clausus amor.
- Gentis Amoraeae dominum qui stravit & Ogum,
 Illius est nullo limite clausus amor.
- Qui populo dedit arva suo, quibus exuit hostes,
 Illius est nullo limite clausus amor.
- Vindice qui ferro rebus nos juvit in artis,
 Illius est nullo limite clausus amor.
- Qui jugulo toties hostiles depulit enes,

Illius

144 P S A L M U S CXXXVII.

Illiū est nullo limite clausus amor.

25 Qui dape mortales saturat de sedibus altis,

Illiū est nullo limite clausus amor.

26 Solvite Coelicolum regi pia pectora grates:

Illiū est nullo limite clausus amor.

P S A L M U S CXXXVII.

Super flumina Babylonis, &c.

URbe procul Solymae, fusi Babilonis ad undas
Flevimus, & lacrimae fluminis instar erant.

Sacra Sion toties animo totiesque recursans,

Materiem lacrimis praebuit usque novis.

2 Desuetas saliceta lyras & muta ferebant
Nablia, servili non temeranda manu.

3 Qui patria exegit, patriam qui subruit hostis
Pendula captivos sumere plestra jubet.

Imperat & laetos mediis in fletibus hymnos,
Quosque Sion cecinit, nunc tacitura, modos.

4 Ergone pācta Deo peregrinae barbita genti
Fas erit & sacras proititiuisse lyras?

5 Ante meo Solymae quam tu de pectorē cedas,
Nesciat Hebraeam tangere dextra chelyn.

6 Te nisi tollat ovans unam super omnia, lingua
Faucibus haerescat sidere tacta meis.

7 Ne tibi noxa recens, scelerum Deus ulti, Idum
Excidat, & Solymis pernicioſa dies.

Vertite clamabant, fundo jam vertite templum,
Tectaque montanis mox habitanda feris.

8 Te quoque poena maner Babilon: quibus astra
cessis

Culmina, mox fient, quod premis, aequa solo.

Felicem, qui clade pari data damna rependet,
Et feret ultrices in tua tecta faces.

9 Felicem quisquis scopulis illidet acutis
Dulcia materno pignora raptā sinu.

P S A L M U S C X X X V I I I .

Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo, &c.

- 1 Pectore te toto celebrabo, maxime rerum,
Aligeros inrer sceptrigerosque choros.
- 2 Ad sacra siderei prosternar limina rempli,
Devotus Solymis & dabo tura focis.
- Hic nomen numenque tuum super aethera tollam,
Nec favor est prisca, nec reticenda fides.
- Tu tua qui sancte servasti foedera, metis
Orbis in extremi nobile nomen habes.
- 3 Supplicis audisti gemitus in vota vocatus,
Et memini vires te reparasse meas.
- 4 Ore tuo moniri reges, procereisque frequentes
Undique concurrent, & tua facta canent.
- 5 Facta canent regis, qui majestate corusca
Exsuperar rerum machina quidquid habet.
- 6 Tu licer emineas, humiles tamen ore benigno
Respicis, elatos & procul esse jubes.
- 7 Me licer infestent fluctus & lerna malorum,
Vita salusque tua restiruentur ope.
- Tu, Deus, invictis prosternes viribus hostes,
Dextra sed incolumem me tua rollet humo.
- 8 Perge, precor, nec te pigear tua facta tueri,
Namque tuus dempro fine pecennar amor.

P S A L M U S C X X X I X .

Domine probasti me, &c.

- TU, Deus, exalta lustras indagine mores,
Tu rigidus vitae censor es ipse meae.
- 2 Sen sedeo seu surgo, mihi ru semper adhaeres,
Et pectus nil re quod laret intus haber.
- 3 Tu, quacunque feror, sequeris vestigia, praesto
Tu, Deus, es, quoties membra quiete levo.
- 4 Auribus arrestis tu quae loquor, arbiter orbis.

146 P S A L M U S CXXXIX.

- Accipis, & praeſens ſingula verba notas.
 5 Undique duni cingis, fibras dum pectoris omnes
 Excutis, obſidio me nimis arcta premit.
 6 Dum reputo, quam ſint tibi lyncea lumina, miro
 Omnis & ingenii viſ & acumen hebet.
 7 Quo fugiens oculos fallam, quibus omnia cernis,
 Quae latebrae, profugi quae caput antra tegent?
 8 Si miſer aſtra petam, ſolum tibi cingitur illis,
 Tartara ſi ſubeam, tu, Deus, illa tenes.
 9 Me licet exoriens aurora volucribus alis
 Veſtet ad Hesperii littora nigra freti,
 10 Te tamen Hesperiis cernam novus hospes in oris,
 Et metuam dextrae fulmina certa tuae.
 11 Me licet involvam tenebris & noctis amictu,
 Non tamen, heu, tenebris, non ego nocte tegar
 12 Te praefente nigrae vanescunt nubila noctis,
 Et ſunt te coram lux tenebraeque pares.
 13 Quod cute texisti tenui, genetricis in alvo,
 Nil tua quod fugiat lumina pectus habet.
 14 Te, pater alme, canam mirandae conſcius artis,
 Quā tua me ſtruxit composuitque manus.
 15 Oſſa mihi ſolers finxisti clauſa latebris,
 Nec pars illa mei tuin tibi teſta ſuit.
 16 Molle rudimentum vidisti & ſtamina prima
 Corporis, & miris oſſa ligata modis.
 Membraque vieturis tibi ſunt inſcripta tabellis,
 Ante mihi facies quam foret illa viri.
 17 Quam tibi mens ſolers! Tua quis ſecreta bilance
 Pendere vel numero claudere faſta queat?
 18 Haec ego ſi metis compleſti coner, arenas
 Promptius expediāmi quoſ lavet unda maris.
 Haec experrectus mecum dum mane revolvo,
 Mens ſlupet, & niuum cura laboris habet.
 19 Tu, Deus, extingues ſceleratos fulmine dextrae;
 Sit procul à nobis tincta cruento manus.
 20 Hostis atrox in te genuinum stringit, & iras
 Nil profeſturo provocat ore tuas.
 21 Hunc ego non odi, te qui, Pater, odi? & illum
 Non ego detestor, qui tibi bella parat?

P S A L M U S C X L.

147

- 2 Hunc ego, ne dubites, odi cane pejus & angue,
Et mihi te quisquis non amat hostis erit.
3 Tu qui cuncta vides, famuli, Deus, excute pectus,
Si quid & in tacito forte recludo sinu.
4 Si scelus hic latitat, noxam si machinor ullam,
Me quoque sacrilego cum grege dede neci.

P S A L M U S C X L.

Eripe me, Domine, ab homine malo, &c.

- A ssere me, rerum genitor, violenta retunde
Tela, quibus, nullo vim prohibente, petor.
2 Impia progenies in me ruit agmine denso,
Audet & indignum volvere mente nefas.
3 Omnibus armatur lethali lingua veneno,
Quale gerit Libycis vipera testa rubis.
4 Hostis ab infensi tamulum me protege dextra,
Illiū & clypeo spicula pelle tuo.
5 Ille tumens fastu gressus mihi fraude paratis
Retibus implicuit, dispositisque plagis.
6 Tunc ego, Tu Deuses mihi, rerum maxime, dixi,
Tu dominus, votis annue, quaeso, meis.
7 Tu Deus es dominusque mihi, columenque salutis,
Tu clypeus, quoties ingruit hostis, eras.
8 Absit ur huic faveas, aut impia vota secundes.
Materiem fastus hac ope tolle novi.
9 Factio dira suo pereat cum principe, virus
Et precor infestum, quod vomit, ipsa bibat.
10 Hauriat hanc supera dejectum fulmen ab-aula,
Quidquid & indomiti Tartarus ignis habet.
11 Exulet his terris, cui sunt lita labra veneno,
Et cui caede madet sanguinolenta manus.
12 Credo equidem, nec vana fides, pater orbis egenos
Proteget, & si quos fors minus aequa piemit.
13 Mens pia mille ribi solvet, Pater optime, grates,
Gaudebitque tuo cominus ore frui.

P S A L M U S C X L I .

Domine, clamavi ad te, &c.

- T**E, Deus, imploro, fer opem festinus, & autem
Tende mihi, dum te suppliceово rogo.
- 2** Sint pro ture preces, sublatae ad sidera palmae
Sint tibi, ceu primo vespere caesa bidens.
- 3** Os mihi ne peccem servet custodia, linguae,
Ne violam leges, injice fraena meae.
- 4** Da ne prava mihi vitient consortia pectus,
Da gregis impuri posse cavere dapes.
- 5** Mille modis potius me caedat & increpet aequi
Culror, & hic cui mens candida labe vacat.
- Hoc mihi dulce putem, ceu sint lita tempora nardo,
Tristia quod mcdica vulnera sanat ope.
- Non tanien his ienuam, quos odi, fausta precari,
Cumque luent poenas tangar amore pio.
- 6** Cum iuet in praeceps judex & censor iniquus,
Veiba mihi discent plena fuisse favis.
- 7** Per scelus hi nobis sparserunt osla per agros,
Et tumuli juxta cespes inanis erar.
- Sic cadit aetatis percussa bipennibus ornus,
Et circum late fragmina fissia jaudent.
- 8** Te tanien adspecto, te nitor, maxime rcrum.
Ne, precor, ah timidae desere vela ratis.
- 9** Erue me laqueis, quibus implicor, eripe nodis,
Et quibus haerescit pes mihi, solve plagas.
- 10** Sospite me, tectis se cassibus induat hostis,
Et pereat technis, ô precor, ipse suis.

P S A L M U S C X L I I .

Voce meâ ad Dominum clamavi, &c.

- V**ota Deo, superum suspectans atria, sudi,
Et petui supplex omnipotentis opem.
- 4** Tristibus, hoc coram, lacrimis & mille querelis
Sum

- Sum mala testatus quae fero, quaeque tuli:
3 Cum gemerem nimio curarum pondero pressus,
 Alme parens, testis tu pietatis eras.
 Impius interea me cassibus induit hostis,
 Et pedicæ dubios implicuere pedes.
4 Dum miser huic illuc oculos circumfero, nemo
 Auxilium misero qui mihi ferret erat.
5 In Dominum tandem conjecto lumine, dixi,
 Tu mihi, dum vivo, spes es & auctor opis.
6 Me bonus exaudi, pedibus dum calcor, & hostis
 Robore dum superior, tu milii tende manum.
7 Eripe captivum caeci de carcenis antro,
 Sic ego te liber, quo decet, ore canam.
 Hac ope procedam, sancta comitante caterva,
 Divitiisque tuis lautitiisque fruar.

P S A L M U S CXLIII.

Domine exaudi orationem meam, &c.

- A**Uribus arrestis famuli Deus accipe questus,
 Foederis, & fidei, justitiaeque memor.
2 Ne trutina me pende tua, ne durus amissi.
 Quasitor vitae subjice facta meae.
 Adspice mortali prognatos semine: toto
 De grege te coram criminе nemo vacat:
3 Me stravir pressisque ferox, me carcere mersit:
 Hostis, & in tenebris vita trahenda fuit.
 Delitui, ceu luce carens & voce silentum
 Turba solet, quam nox semper opaca tegit:
4 Obstupuit mens fracta malis, ceu sidere laevo
 Tacta, nec in toto pectore pectus erat:
5 Sed memor, annales recolens, tua facta revolvo,
 Haec referunt animo noxque diesque meo.
6 Cum premor adversis, supplex tibi brachia tendo,
 Er desiderio maceror usque tui.
 Sic ager apicus nimio languescit ab aestu,
 Sic pluviam succo deficiente sitit.
7 Ocius exaudi, dum pondere victa. fatiscit

150 . P S A L M U S C X L I V.

- Mens mihi, ne dextram te retrahente ruam.
Ne vultus jubat abde tui, quo cuncta serenas,
Quo sine me lethi squallor & horror habet.
3 Lumine me placido pater adspice; Phosphorus umbras
Cum fugat, auxilio spes mea nixa tuo est.
Luce ptaei, signaque viam; Te suspicit unum
Æquoris undosi mens propè mersa vadis.
9 Eripe me vindex furiis hostilibus; umbo
Tu mihi, tu vitae portus & aura meae es.
10 Da famulo tua jussa sequi Dominusque, Deusque,
In tua, rerum opifex, atria pande viam
11 Justitiae laudisque tuae memori, eripe servum
Fluctibus, & vires, ne premar, adde novas.
12 Utque tuus clarescat honos, disperde catervam,
Qua tremor, & famuli jura tuere tui.

P S A L M U S C X L I V.

Benedictus Dominus Deus meus, &c.

- Gloria sit coeli Domino; mea tempetat anima,
Et bellatrices erudit ille manus.
2 Firma mihi rupes & murus aheneus ille est,
Et clypeus vitae praesidiumque meae.
Hic vitam, sceptrumque dedit; spes omnis in illo
Est mihi, qui populos sub mea iura trahit.
3 Magne parens, quantillus homo est, quem respicis
Adae
Pignora quid te quo demereantur habent?
4 Vanus his nihil est; his aetas futilis umbras
More vagae levibus transvolat acta rotis.
5 Ætheris inclinans axes, jam labere coelo,
Tange manu montes, & juga nube tege.
6 Fuinde meos coeli flammis ultricibus hostes,
Obrue missilibus castra profana tuis.
7 Desuper exerta dextram, fluctusque coerce,
Quos ciet, ah, studiis gens inimica piis.
8 Eripe me linguis mendacibus, eripe dextris,
Fallete non veritis quam pepigere fidem.

¶ Tum

P S A L M U S C X L V .

151

- 1 Tum , pater alme , novo te tollam carmine , denis
Te referam nervis , altisonaque lyra.
- 2 Jure patrocinii tu regum sceptrum tueris ,
Jesu aden clypei tu tegis aere tui.
- 3 Eripe me linguis mendacibus , eripe dextris ,
Fallere non veriris , quam pepigere , fidem.
- 4 Verner & aslurgat siboles precor , aemula cedro ,
Quae viret in Libani luxuriosa jugis.
- Qualis & in laevi spectatur marmore , talis
Pectora virginibus pingat & ora nitor.
13. 14 Ampla penus , foetura gregis numerosa , segesque
Fertilis & fortis sint ad aratra boves.
Sint procul hostiles acies & bella , nec unquam
Funestis resonent compita moesta tubis.
- 15 O ter felicem , cui sic traducitur aetas ,
Cui Deus est , hominum Coelicolumque parens !

P S A L M U S C X L V .

Exaltabo te Deus meus , &c.

- T E regem , pater alme , canam , tua facta per orbem
Diffundam plectro non metuente mori.
- 2 Nulla dies non te recolet , rex inclite , metis
Includent rirulos saecula nulla tuos.
- 3 Est immensa tibi , nec sat laudata potestas ,
Et tua sat nescit gloria mente capi.
- 4 Instruet aetatem priscis annalibus aetas ,
Mille tua memorans parta tropaea manu.
- 5 Indyta coelestis referam miracula dextrae ,
Et maiestatis praeco perennis ero.
- 6 Robur ego , dicent alii monumenta furoris ,
Et recolent irae fulmina saeva ruae.
- 7 Omnibus & populis narrabunt voce canorâ ,
Quanta , parens , bonitas sit tua , quanta fides.
- 8 O tibi quam comis mens est & segnis ad iras ,
Rebus in afflictis quam tibi prompra manus !
- 9 Omnibus illustrem tua se clementia terris
Monstrat , & in toto , quem regis , orbe nitet.

- 152 P S A L M U S CXLVI.
- 10 Te, Deus, artificem canit ingens machina mundi,
Et populus tibi qui, cuma prece, tura litat.
- 11 Imperii sceptrique decus vox efferet omnis,
Laudibus & vires tollet in astra tuas.
- 12 Sic regui sacra fama tui, sic gloria dextrae
Crescit, & implebit Solis utramque domum.
- 13 Quos genitis aeterni sunt & sine limite fasces
Imperii: nil hic tempora juris habent..
- 14 Sustinet infirmos coelestis dextera, terras
Haec eadem afflitos dextera tollit humo,
- 15 Te mare, te tellus, totus te suspicit orbis,
Pabula tu praebes tempore cuique suo.
- 16 Expansis tu sponte manum, quae sustinet omnes:
Omnibus optatas porrigit illa dapes.
- 17 Arbiter aethereus recti sectator & aequi est,
Et supera quidquid prodit ab arce pium.
- 18 Hunc animo si promptus adis, nec fallere tentas,
Ibit in amplexus protinus ille tuos.
- 19 Audiet & questus facilis, votisque suorum
Annuet, & vitae praeinria certa dabit.
- 20 Gens pia perstabit coelesti Numine tutta,
Impia coelesti coiruet ista manu.
- 21 Voce Deum referam, cuius nomenque, decusque
Natio nulla finet, saecula nec ulla, mori..

P S A L M U S CXLVI.

Lauda anima mea Dominum, &c.

- 1 TU Patris aetherei laudes mens concipe; vitâ
2 Dum fruar, haec studii summa futura mei est.
- 3 Quisquis es, ah, regum sceptris ne crede salutem,
Aut homini: nil rex, nil homo praefest opis.
- 4 His, ubi corpus humum repetit, mens avolat, omnes
Excutit & curas, nec memor inde tui est.
- 5 O felix nimium, Domino qui fudit amico,,
Quisquis & Isacidum, pro duce, Numen habet!
- 6 Astra, fretum, terras & quidquid cernitur usquam,

Hic

P S A L M U S C X L V I I .

153

- Hic dedit, & stabilem servat ubique fidem.
 7 Protegit afflitos, inopes dape sublevat, arcta
 Compede constrictos liberat ille pedes.
 8 Lumina dat caecis, humiles attollit in altum,
 Diligit & populum, quem juvat aequa sequi.
 9 Cum viduis illi puer orbis & advena curae est,
 Sed scelerum socios foeda ruina manet.
 10 Sceptra geret Solymae Dominus, dum lucidus
 . astra,
 Sol reget. Ergo Deo laus sit & omnis honos.

P S A L M U S C X L V I I .

Laudate Dominum quoniam bonus est, &c.

- L**AUDIBUS in coelum coelestem tollite regem.
 Hoc juvat, haec nimium cura decoris habet.
 2 Ille suae Solymae reparavit moenia, vindex
 Exulibus patrios reddidit ille laies:
 3 Luce sua moestae depellit nubila mentis,
 Et fera coelesti vulnera lenit ope.
 4 Supputat astrorum numerum, currusque volucres,
 Nomenclaturis & vocat illa suis.
 5 Illius omnipotens vis est & dextera solers,
 Non haec comprehendi mente nec illa potest.
 6. 7 Eredit ille humiles, rumidos deturbar ab alto,
 Hunc canat argutae vox tua juncta lyrae.
 8. 9 Hunc cane, qui coelum nebulis involvit opacis,
 Siccaque foecundis imbris arva rigat.
 Gramine qui montes operit, pecoriique ministrat
 Pabula, quae sitas & tibi, corve, dapes.
 10. 11 Nec capit hunc bellator equus, nec militis ensis,
 Candida sed pietas & sine labe fides.
 12 Illius urbs Solymae celebra praeconia, laudes.
 Illius in coelum tolle Sionis apex.
 13 Ille tibi valido munivit robore portas,
 Civibus ille tuis favit, & auxit opes.
 14 Illius auspiciis pax incolit aurea terras,

Messi-

154 P S A L M U S C X L V I I I .

- Messibus & laetis luxuriantur agri.
 15 Ille jubet. jussis tellus obtemperat ultro,
 Principis imperiis obsequiosa sui.
 16 Nunc nive velantur, ceu molli vellere, colles,
 Pascua nunc cinerum more pruina tegit.
 17 Densantur liquidae crustis glacialibus undae,
 Praeque gelu nimio vix toleratur hiems.
 18 Mox ubi rerum opifex aspirat lenibus auris,
 Bruma fugit, glacies liquitur, unda fluit.
 19 Dat Deus Isacidis leges & jura, Sionis
 Et populum placitis erudit ille suis.
 20 Non ita propitium reliquis se praebuit oris,
 Sole quibus fas est, sideribusque frui.
 His nec jura dedit, nec sacri foederis arrham,
 Obtulit: Ergo Deo laus sit & omnis honos.

P S A L M U S C X L V I I I .

Laudate Dominum de coelis, &c.

- Eja Deum celebra, Domini de sede superna
 Facta refer, coeli qui iuga summa tenes.
 2 Eja Deum celebra rutilans sine corpore coetus,
 Iderei proprius qui patris ora vides.
 Eja Deum celebra rapidis exercitus alis
 Concite, dum superi justa facessis heri.
 3 Eja Deum celebra Sol, Solis & aemula Luna,
 Et coeli levibus sidera vecta rotis.
 4 Hunc pariter celebret supremi machina coeli,
 Quotquot & ex alto praecepit tantur aquae.
 5.6 Hunc celebrate simul; verbo vos ille potenti
 Condidit, & stabili nunc quoque lege regit.
 7 Ætheris & dominum laudet tellure sub ima
 Trux draco, vasta maris quidquid & unda tegit.
 8 Et cava quae coeli subtexunt moenia flammæ,
 Et quae frugiferos grando flagellat agros.
 Et nix cum nebulis, & tempestate sonora
 Illijs ad nutum qui quatit, Eure, rates.

9 Et

P S A L M U S C X L I X .

155

- 9 Et tetricae rupes , & ovantes palmite colles ,
Et cedrus , & pomis arbor onusta novis .
- 10 Cumque feris pecudes , & quae secat aethera pen-
nis
Natio , vel prono pectore verrit humum .
- 11 Gemmiferoque comam cincti diademate reges ,
Vosque quibus fas est dicere jura Patres .
- 12 Fervidus & juvenum chorus , innuptaeque puellae ,
Et puer imbellis , decrepitusque senex .
- 13 Cuneta Deum celebrent , qui praestans omnibus
unus ,
Altior est terris , sidereisque rotis .
- 14 Hic sibi devotum populum , gentemque Sionis
Evehit : Ergo Deo laus sit & omnis honos .

P S A L M U S C X L I X .

Cantate Domino canticum novum , &c.

- D Icite rectori Superum nova carmina , sacros
Audiat & populi tota corona modos .
2. 3 Rex suus oblectet Solymam , suis auctor Abramii
Progeniem : citharis gens sacra junge choros .
- 4 Ille suo populo favet , oblectatur & illo ,
Mitibus & vindex cinget honore comas .
5. 6 Gens pia solenni testetur gaudia pompa ,
Gestiat & quoties nocte cubile premit .
- Ore sui laudes celebret dominique Deique ,
Sed simul ancipiti fulminet ente manus .
- 3 Demetet hoc scelerum socios , gentesque rebelles ,
Et quos impuros , quos sciet esse reos .
- 8 Pone trahat reges , manibus post terga revinctis ,
Servili procerum stringat & aere pedes .
- 9 Laus gregis est sacri praescriptas poscere poenas .
Hoc decet : Ergo Deo laus sit & omnis honos .

P S A L M U S C L.

Laudate Dominum in sanctis ejus, &c.

- 1 Fer super astra Deum, Solymae qui protegit aras,
Aurea pollenti qui regit astra manu.
- 2 Fer super astra Deum, qui pollet robore dextræ,
Et majestatis pandit ubique jubar.
- 3 Fer super astra Deum lituis, buxoque sonoro,
Et socia blandæ nablia festa lyrae.
- 4 Fer super astra Deum, pulsæ cava tympana palmis,
Sit citharae & fidibus tibia blanda comes.
- 5 Fer super astra Deum, jungantur cymbala plestris,
Dulcibus & resonent terra polusque modis.
- 6 Fer super astra Deum, quisquis vitalibus auris
Vesceris. Ergo Deo laus sit & omnis honos.

F I N I S P S A L M O R U M.



C A N T I C

CANTICA EVANGELICA.

Salutatio Angelica.

A V E M A R I A.

SAlve, Coelicolum Virgo carissima regi,
 Et coeli cumulata bonis, Tu Numine plena
 Jam frueris præsente Deo. Tanto hospite felix,
 Virginibus reliquis & matre beatior omni es,
 Ne trepida placido te vidi lumine terum
 Conditor. Ecce tuo conceptam semine prolem
 Virgo feres utero, Natumque puerpera faustis
 Nixibus in dias emittes luminis oras.
 Qui tibi, nec vano titulo, dicitur I E S U S.
 Viribus immensis & majestate corusca
 Instruet hunc mundi genitor, prolemque supremi
 Numinis agnoscent superum domus, aequora, tellus.
 Davidis huic soliuni patris, & regalia Judæi
 Sceptra dabit Dominus, quae nec dolus auferet ullus,
 Nec furor hostilis, nec quod terit omnia tempus.
 Virginis in gremium labetur ab aethere summo
 Spiritus, & sacra dum lambet viscera flamina,
 Te patris umbrabit virtus, cui subjacet aether,
 Et duratura faciet de virginе matrem.
 Ergo tuo sacrum surgens de semine germen
 Audiet aetherei proles germana parentis.

O

Ecce

158 CANTICUM ELISABETHÆ.

Ecce tui consors generis nunc obsita canis,
Nec foecunda prius, praegnans sibi sentit Eliza
Intumuisse sinus. Ex illo plena nitoris
Bis ter Luna fuit, bis ter jubat abstulit orbi.
Scilicet auctori rerum suprema potestas,
Et manus omnipotens est, & sine limite vires.

CANTICUM ELISABETHÆ

Benedicta tu.

Virginei regina chori, collata puellis
Quae reliquis, quas Sol oriens, quas adspicit, tundas
Cum subit Hesperias, felicior omnibus una es.
Scilicet hic, utero quem fers, quoscunque beatos
Vel coelum vel terra vocat, supereminet omnes.
Unde mihi tam rarus honos? Me visere mater
Cur Domini, totus tecum cui supplicat orbis,
Sustinet, exiguos non dignata penates?
Ecce salurantis simul ac mihi perculit aures
Enthea vox, nondum conspecto lumine, soetus,
Quo mihi nunc uterus turget, mirabile dictu,
Subsiliit, tacito testatus gaudia plausu.
O felix nimium sacris quae vocibus ultro
Credidit! Eventus Domini promissa sequetur.

CANTICUM B. MARIAE SEMPER VIRGINIS.

Magnificat.

Hunc ego, cui domino parer domus ardua coeli,
Et coelo quodcunque subest, de pectoris imo

Gian-

randibus attollo titulis, & spiritus intus
 xultar nascente Deo, quo pendet ab uno
 nostra salus, humilem placido qui lumine servam
 tellibus è multis supera despexit ab aula.
 In me cuncta dehinc felicem terque quaterque
 aecla canent. siquidem cui pollens robore dextra est,
 ut sacra majestas, genitor me desuper umbrans,
 perfecit, quae terra simul miratur & aether.
 Hunc amor, auiatis perpes clementia pennis
 sunt sequitur, gremioque fovei pietatis alumnos.
 inclita fulmineae nemo miracula dextræ
 non stupet. Elato spirantes grandia fastu
 ille manu forti latè dispersit, & auris
 vota rapi jussit, volucri ludibria coelo.
 Ne paludatos & ovantes murice reges
 viribus invictis solio dettusit avito,
 fascibus exutos. humiles è pulvere vili
 iustulit, & solidis velavit tempora gemmis.
 ille bonis saturans inopis jejunia plebis
 divitis elusit spes, & dimisit inanes
 hos quibus Eois undabant atria gazis.
 faciens fanulum praestanti robore dextræ
 extulit, & fulcit, pasti testatus amoris
 e memorem, liquido dum cingitur aethere tellus.
 Haec proavis, Abrahaeque patri, sobolique, supremo
 Qui regit Imperio terras promissa reliquit.

CANTICUM ZACHARIAE.

Benedictus..

Audibus Isacidum celebra dominumque Deumque.
 Ille suum populum, delapsus ab aetheris aula,
 visit, & infesti medio de gurgite lethi
 traxit ovans, pretio pro libertate soluto.

160 CANTICUM SIMEONIS.

Davidis ille domum nati miseratus in altum
Extulit, & populis hinc jussit surgere vitae
Perpetis auctorem, validae qui robore dextrae
Erigit afflitos, tumidos & dejicit hostes.
Haec vatuum numerosa cohors, praesaga futuri
Scilicet, à prima praedixit origine mundi.
Affore tempus ait, quo nos hostilibus armis
Eriperet qui cuncta potest, quo patribus arrham
Traderet, & patrii monumentum insigne favoris.
Quodque palam faceret memorem se vivere sancti
Foederis & fidei jurato Numine, patri
Quam dedit Abramo. Venturi praescius aevi
Se pater aethereus facturum dixit, ut olim,
Hostibus edomitis, cultor pietatis & aequi
Quisque foret, superumque patri, dominoque litaret
Intrepidus, liquida lucis dum vescitur aura.
Tu quoque, parve puer, Vates dicere supremi
Numinis; auctori vitae tu praevius ibis,
Et sternes quod carpet iter, populumque decebis,
Desuper afflatus, nullam sperare salutem,
Crimina ni tollat superi clementia regis.
Illa salutiferum demittet ab aethere fidus,
Unde diem, lucemque trahet: quicunque tenebris
Mergitur, & vitam lethi traducit in umbrâ.
Hoc jubat errantî gressus reget, otia terris
Ut ferat; hoc niveis sequitur pax aurea pennis.

CANTICUM SIMEONIS.

Nunc dimittis.

Nunc famulum, Patet alme, tuum dimittis, & alta
Pace beas capulo vicinum, foederis icti
Politique memor. Jam cernunt lumina vitae
Praesidium columenque meae, solumque salutis,
Quem

Quem mecum populis spectandum mille dedisti.
 Visa mihi lux est, roseo quae solis ab ortu,
 Solis ad occasum rutilat. caligine pulsa
 His oculis conspecta mihi est nova gloria lectae
 Gentis, & immotae decus immortale Sionis.

Hymnus S. S. Ambrosii & Augustini.

T E D E U M..

T E super astra Deum vehimus, dominumque fatemur.

Te solis quaecunque jubar sub fornice coeli
 Adspicit, aeternum veneratur terra parentem.
 Grex sacer, auratis qui pervolat aethera pennis,
 Imperio nutuque tuo, supremaque mundi
 Templa tuu caelata manu, coelique potestas
 Omnis, & igne micans acies, & lucidus ordo,
 Agminis aligeri princeps tibi, maxime reruni,
 Jugiter acclamat. Ter sanctum voce canora
 Ingeminant, unumque Deum, Dominumque salutant,
 Qui regis imperio terras, belloque triumphas.
 Se tua maiestas latè diffundit, & orbem
 Occupat immensum, radiisque micantibus implet.
 Te chorus illustris procerum, quos omnibus oris,
 Omnibus & populis bifidis nova foedra linguis.
 Pandere jussisti: Divinis inclyta vatuum
 Agmina te celebrant titulis; exerceat ingens
 Te canit Heroum, pro te qui sanguine fuso.
 Clara triumphal's meruerunt praemia palmae.
 Sancta cohors totum latè diffusa per orbem
 Te patrem agnoscit, majestatemque supremam;
 Tempore quae nullo, nullisque coercita metis
 Telluris coelique plagas supcreminet omnes.
 Illa simul Christum te natum patre fatetur,

Qui soboles cum vera Dei sit & unica proles,
Nec genitore minor, toti venerabilis orbi est.
Hunc quoque quem paritet spirant Natusque, Paterque,
Esse Deum credit, sacrissis praecordia flammis
Qui cier, & dubiis affert solatia rebus.

Christe manu qui sceptrum tenes & luce corusca
Cingeris, aeterno proles aequaeva parenti,
Tu Deus ora viri pro libertate tuorum
Sumpturus, famulae subiisti viscera matris,
Non deditus lutea te claudere testa.
Lurida tu lethi fregisti spicula, coeli
Tu quoque fecisti patulas credentibus arces:
Tu patris ad dextram magni genitoris amictus
Luce, sedes; judex hinc & venturus in orbem
Crederis, aligeris coeli stipatus alumnis.
Ergo tuis fer opem famulis, è carcere sanguis
Quos tuus exemit, puro pretiosior auto.
Æterna da luce frui, coelique beatis
Civibus adscribi, vitae qui puriter actae
Praemia ceperunt: populum tibi foedere junctum
Assere, Coelicolum rex, & felicibus auris
Floreat aeternum gens quae tibi dicitur haeres.
Hanc tua securam duci per vestigia, dumque
Tecta manent superum, titulis & honoribus auge.
Nostra cohors jugi te rollit carmine, sacris
Nec numerum numeris, nec tempora ponimus hymnis.
Dexter ades, custosque gregis: da ducere laetis,
Quâ fruimur, sine labe diem: miserere tuorum,
Spem gregis electi bonitas tua passibus aequis
Stipet; humum: Inquens, spes te mea respicit unum.
Dum rota Solis erit, dum Luna perambulat orbem,
Non ego te Domino, non te confundar amico.

SYMBOLUM APOSTOLORUM.

Fido Deo Patri, rerum cui summa potestas,
Qui terram è nihilo finxit & astra poli.

Fido

Fido Dei Nato, populum qui servat, olivae
 Tempora cui facio rote, peruncta nitent;
 Unica qui patris est proles; quem poplite flexo,
 Pectore devoto quem veneramur herum;
 Quem grayis arcana Diviui Flaminis aura.
 Enixa est socii nescia virgo tori;
 Judice sub Latio qui passus in arbore vitam
 Exuit, & tractus de cruce mersus humo est,
 Tartara mox subiit; lux tertia reddidit orbi;
 Morte triumphata carpsit in astra viam.
 Assidet hic dextrae magdi patris; inde redibit,
 Judicet ut vivos, quosque recondit humus.
 Fido Deo, cum prole pater quem spirat; Ubique
 Esse pios credo, quos regit una fides.
 Et fore delictis veniam, redivivaque credo
 Corpora perpetuis perfructura bonis.

O R A T I O D O M I N I C A.

M Agne Pater, coeli qui cingis & incolis arcès,
 Te sanctum geminius praedicet orbis apex.
 Sceptra manu gestans, solium conscende, tuisque
 Pareat impériis aemula terra poli.
 Da bona, que recreent hodie, dextraque benigna
 Alme parens, omni suffice luce dapes.
 Da veniam nobis, aliis quos parcere cernis,
 Nec tenta nimium, sed mala pelle bonus.
 Te penes imprium est, nullaque potentia metis,
 Temporis & nullo limite clausus honos.

D E C A L O G U S.

M E solum venetare Deum, nec sculpe quod oras:
 Impia nec vox sit: luce quiesce sacra:
 Majores reverenter habe, nec sanguine dextram
 Infice, nec sancti pollue jura tori.
 Pura manus furti, sit falsi nescia lingua:
 Nullius optetur verna, marita, pecus.

CANTICUM SALOMONIS

CAP. I.

Sponsa.

F Et mihi suaviolum roseis, dilecte, labellis.
 Dulcior ô dulci tu mea vita mero es.
 Os olet ambrosiam, spirant tua basia myrrham,
 Halat & ex ipso nomine turis odor.
 Sic tu virginei tibi vincis pectora coetus.
 Me quoque cum reliquis sub tua jura trahes.
 Ponè ruam pernix, regis subitura cubile,
 Inque tuo carpam gaudia blanda sinu.
 Non ita delectat sitientem vitreus humor,
 Meque piosque tui dulcis ut urit amor.
 Fusca ego sum fateor: facie tamen esse venusta
 Non renuent, Solyme quas habet alma, nurus.
 Est mihi qui deceat Cedarium tentoria cultus,
 Est nitor, aulacis qui Salomonis inest.
 Ne me quod nigra sum, nigro quod sole perusta,
 Spernite, vel fratribus quod gravis ira premat.
 Quidque aliena mihi male sit vindemia quondam
 Credita, vel quod sim passa perire meani.
 Dic quibus in terris, qua pastas rupe capellas,
 Dic quae te medio protegat umbra die.
 Cur ego te linquam mea lux, mea sola voluptas,
 Cur sequar alterius, te superante, greges?

Sponsa.

Sponsus.

Si latet hoc, reliquis palmam qua praeeripis omnem;
 Hanc tibi quam monstro, virgo, capesse viam.
 Junge greges, gregis & nivei te junge magistris,
 Carpat ut hic felix pabula laeta pecus.
 Se tua sidereis dum cingit gloria pennis,
 Quid tibi par vastus, qua patet, orbis habet?
 Sic sonipes rutilat Pharaonius, undique gazis
 Tectus Etrythraei; Sidonique maris.
 Aequoris Eoi respondent tempora gemniis,
 Candida chrysolithi lumine colla nitent.
 Aurea fingemus tibi, virgo, monilia, puri
 Argenti niveis verniculata notis.

Sponsa.

Mensa tuos quoties spirat regalis odores;
 Coelestes redolent balsama nostra dapes.
 Myrrheus es totus: circumdans brachia collo,
 Te stringam gremio nocte dieque meo.
 Sic Engedinni fragrant opobalsama ruris,
 Inque racemiferis lacrima lecta jugis.

Sponsus.

Quam mihi tu pulcra es castas imitata columbas!
 Dulcia caerulea lumen luce nitent.

Sponsa.

Quam mihi tu pulcer, rerum dulcissime! nobis
 Inspersum vario flore cubile viret.
 Celsaque victuris radiant palatia cedris,
 Pandit & abiegnas porticus ampla trabes.

C A P., I I.

Sponsa.

Sum rosa suave rubens, qualem Saronis in hortis
Candida lacteolo pollice virgo metit.
Quaeque creant Zephyri molles in vallibus auræ,
Flos ego sum vestri, lilia, cana gregis.

Sponsus.

Et mea virginæas ducens dilecta chœreas
Lucet, ut in duris lilia nata rubis.

Sponsa.

Malus ut arboribus, sic & meus ignis ephebis;
Terra quot ulla tulit, praeripit omne decus.
Illiū optarem dulci recubare sub umbra.
Hic lego mellifluis aemula pomæ favis.
Hoc duce deveni spirantem nectare cellam.
Signifer accensa luce præibat amor.
Prome puer cyathos, fragrantia suffice pomæ:
Jam mihi non noto liquitur igne jecur.
Me fovert amplexu dilecti dextera molli,
Laeva mihi fulcit languida colla manus.

Sponsus.

Turba puellaris, Solymæ florentis alumnae,
Quasque Palaestinae protulit ora nurus,
Parcite felices strepitu depellere somnos.
Fas requie, nobis; fas sit amore frui.
Hoc ego per cervos, quot alunt juga celsa Sionis,
Perque leves capreas, gaudia vestra, rogo.

Sponsa:

Vox sponsi dilecta mei mihi verberat aures.
Eu nunc insultat collibus ille sacris.

Æmu-

Emulus hinnuleo, capreaque citatior omni,
 Pronus in amplexus enruit ille meos.
 Et mihi se sistens, cancellis, undique seprus,
 Prospicit, & tenui luce subinde micat,
 Me meus est ignis vultu solatus amio,
 Mulsit & alloquio sustinuitque suo.
 Surge, ait, his oculis multo mihi carior, omni
 Marmore candidior, dulcis amica, veni.
 Decessere nives tempestatesque sonorae,
 Cumque suis nimbris turbida fugit hiems.
 Floret humus, resonat volucrum concentibus aer,
 Fundit & hic querulos tutur ubique modos.
 Induiturque novis iam fiscis cæcilia bacis,
 Et fragrans tenero vinea flore virct.
 Surge animae pars magna meae, pulcherrima rerum,
 Huc ades: immensas cur trahis usque moras?
 Quae fuga? quas latebras secessis more columbae?
 Da precor ore tuo, da mihi voce frui.
 Dulcius hac nihil est, nihil est formosius illo,
 Sed neque par quidquam maximus orbis habet.
 Vitibus invisas cum foctu interfide vulpes,
 Dum tener est nobis palmes, & uva recens.
 Me meus ignis habet, jus & mihi cessit in illum;
 Ille suas inter lilia pascit oves.
 Donec nocturnas aurora resolvetit umbras,
 Reddidicritque diem, tu mea vita redi.
 Accelera capreis, cervisque citatior illis,
 Per juga quos ferri Betheriana vides.

C A P. III.

Sponsa.

Decubui, & tacita quæsivi noctis in umbra
 Consortem thalami praesidiumque mei.
 Quæsivi, & votis iterumque iterumque vocavi,
 Irrita sed rapidi vota tulere noti.
 Tunc ego, quin, inquam, surgis? quin excutis urbis
 Com-

168 CANTICUM SALOMONIS.

Compita, vestigans itrequia virum?
Exsurgo, multaque vias indagine lustro;
Heu, mea sed nusquam vita reperta mihi est.
Obvia me vigilum cinxit custodia: quaero
An mea sint isti gaudia vlsa choro,
Nec procul hinc, quae sita dili, mihi vita reperta est
Dimidiumque anintae delliciumque meae.
Protinus amplexans dilecto brachia collo
Impliciti, nullo dissoluenda die.
Inque meae duxi thalamos & testa parentis,
Lux ubi prima mihi caelitus hausta fuit.
Vos ego per capreas cervosque, Sionides, oro,
Ne strepitu thalami sollicitare fores.
Sponsus.

Quae fuit haec olim, loca per deserta columnæ
Igneæ cui noctu prævia rexit iter?
Hanc circum nebulam spirabant undique myrrham,
Missaque Panchæis tura Sabaea jugis.
Adspice nupta torum, recubat quo Davide natus,
Qui decies senis cingitur usque viris.
Hos legit Solyme, duris exerceita bellis
Pectora, fulmineo cinxit & ense latus.
Principis his thalamos studium est virtute tueri,
Primaque nocturnos pellere cura metus.
Adspice odoratis firmata palatia cedris,
Quas Davidiadae misit amica Tyrus.
Hic pura radiant argenti luce columnæ
Sublimes, auro sub pede fulget humus.
Murice vela rubent, niveis habitata puellis
Tota tui Solymæ fragrat amore domus.
Adspice pacifico rutilent ut tempora regi.
Conspicuum gemmis ut diadema nitet!
Gaudia sancta agitans & conjugalia festa,
Hoc illi genetrix cinxit honore comas.

C A P. I V.

Sponsus.

Quam mea lux reliquias vincit candore puellas!
 Aureolo quantum spirat ab ore decus!
 Lumina coelesti pinguntur luce, columbis
 Æmula, quae collo versicolore nitent.
 Vellera caesaries aequat, quae lucida gestat
 In Gileadæis pasta capella jugis.
 Sunt positi dentes, liquidi ceu fontis ab undis,
 Cum tonsi redeunt in nova prata greges.
 Candor inest niveus: partu foecunda gemello
 Haud aliter loto vellete lucet ovis.
 Dulcia Sidouio saturantur murice labra,
 Blandaque nativo nectare lingua fluit.
 Tempora puniceis rurilaunt circumflua cirris,
 Poma velut granis nobilitata rubris.
 Ardua Davidicae sunt colla simillima turti,
 Hic ubi mille ducum scuta superba micant.
 Hinnuleos mammae referunt utrinque gemellos,
 Lilia quos inter florida pascit humius.
 In juga ture pio, myrrhaque fluentia pingui,
 Diffugiam, tenebras dum fugat orra dies.
 Lux mea, formosis formosior omnibus una es,
 Nullus & in roro corpore naevus inest.
 Te mihi da comitem, Libani de vertice mecum,
 Sponsa, veni, dulcem ponè secuta virum.
 De Seniræo, de culmine montis amoeni,
 Hermonisque cavis despice nupta jugis.
 Despice de lustris, catulos ubi pardalis arrox,
 Triux ubi seminium saeva leaena tegit.
 Tu mihi mellito fixisti lumine pectus,
 Torquibus usisti nupta sororque tuis.
 Nupta, sororque, tuus multo mihi dulcior omni
 Est amor, ambrosius balsama vincit odor.
 Stillant labra favos, lac sudat mellea lingua,

170 CANTICUM SALOMONIS.

Purpureus Libani spirat amictus opes.
Hortus es obseptus dumis, fons nobilis undae
Signatus, domino suppositusque suo.
Nardus olens, calamusque tuo nascuntur in horto,
Cumque crocis aloë, punica mala, cyprus.
Nec myrrhae lacrimae, nec tus, nec cinnama defunt,
Missaque de sacris balsama rara jugis.
Fons sacer hortorum, vitae tu lympha perennis,
Tu Libani dulces, sponsa, recludis aquas.

Sponsa.

Aura faye, gemino mundi de vertice flabris
Lenibus adspirans, in mea septa veni.
Elice jucundos horti felicis odores,
Vir meus ambrosiae carpat ut inde dapes.

C A P. V.

Sponsus.

Nupta, sororque, meum deveni laetus in hortum,
Myrrhae cum nardo lacrima lecta mihi est:
Mella, favique epulas, suffecit pocula nobis
Lac nive candidius, vitigenusque latex.
Gens dilecta mihi, mecum jam lecta liquores
Accipe nectareos, ambrosiasque dapes.

Sponsa.

Nox oculis somnusque natant pulsantis amici.
Verba tamen patula mens vigil aure babit.
O multum dilecta soror, sine labe columba,
Pande tuas, iuquit, dulcis aniaca fotes.
Ecce caput coeli perfusum rore videbis,
Nocturnoque graves imbre madere comas.
Tunc ego qui, dixi, tursus velamina sumiam

CANTICUM SALOMONIS. 17

Quae posui? lotos qui maculabo pedes?
Dumque serae impatiens dextram meus interit ignis,
Quam mihi cor salit! quam micuere sint!
Protinus excutior stratis, ut claustra recludam,
Myrrhaque de manibus stillat odora meis.
Myrrheus è digitis in postes depluit imber,
Totaque coelesti janua rore madet.
Haec ubi jam patuit, meus, heu, deceperat ignis,
Heu, mihi letalis vox abeuuntis erat.
Hunc ego quaesivi nequidquam, saepe vocatus
Eit mihi, respousi nil tamen inde tuli.
Me vigilum truculenta cohors deprendit, & cheu,
Sauciat indignis barbara turba modis.
Urbis ab excubiis, dum passim compita lustro,
Develata mihi turpiter ora queror.
Vos ego, quas Solyme jactat speciosa, puellae.
Cernere si nostri fors datur ora viri,
Vos precor adjurans, dilecto dicite, lento
Languidulum nobis igne perire jecur.

Virgines.

Pulcrior o-sociis, die, dum nos talibus urges;
Quo tuus hic reliquos nomine vincat amor?

Sponsa.

Hic nive candidior, Tyrio rubicundior ostro,
Dignus & est decies mille praeire procis.
Par caput est auro, crispantur tempora, corvi
Oscinis haud alio pluma colore nitet.
Lumina caeruleas aequant sine labe columbas,
Quae prope flumineas lacte lavantur aquas.
Floridulisque genis fragrans exspirat amomum,
Lilia mellitis myrrhaque pura labris.
Chrisolythis auroque nitet manus utraque, ventrem
Saphiri rutilans lumine velat ebur:
Candida marmorea imitantur crura columnas,

Quas auro fultas nobiliore vides.
 Illius aspectus croceos dum fundit odores,
 Aemulus est Libano, cedriferisque jugis,
 Stillat ab ore favos, dulces e corpore toto
 Blanditias spirat, deliciasque meras.
 Nobilis o Solymae proles generosa puellae,
 Hic tacita torret pectora nostra face.

C A P. V I.

Virgines.

Inter formosas o formosissima, monstra
 Quo tuus hic a te fugerit alter amor.
 Utque tuum tecum jani vestigemus amantem,
 Dic age quam fugiens carpserit ille viam.

Sponsa.

Venit in areolas horti meus ignis odoras,
 Inter ut has paucens lilia verna legat.
 Hic mihi se vovit, conjux ego debeor illi,
 Lilia cui surgunt inter amoena dapes.

Sponsus.

Tu Tirzae, Solymes tu formae dotibus aequas.
 Tecta, nec est acies structa timenda magis.
 Lumina flecte retro, mea lux, ego vincor ab illis,
 Vincor, & obtutu maceror usque tuo.
 Vellera caesaries superat, quae lucida gestat
 In Gileadaeis pasta capella jugis.
 Sunt positi dentes, liquidi sen fontis ab undis
 Cum tonsi redeunt in nova prata greges.
 Candor inest nivis, partu foecunda gemello
 Haud aliter toto vellere lucet ovis.
 Tempora puniceis rutilant circumflua cirris,

CANTICUM SALOMONIS. 173

Poma velut granis nobilitata rubris.
Huic ter viginti reginas, regis amicas
 Huic decies octo nobilis aula foveat.
Turba puellaris numero non clauditur, una
 Sed mea, si confers, labe columba vacat.
Sola nitet multis è millibus, unica proles,
 Spesque genetricis deliciumque suae.
Hanc ubi viderunt, nimium dixerat beatam
 Virgineusque chorus, lacteolaeque nurus.
Laudavere tori sociae regalis amicae,
 Et quotquot regi conseruere latus.
Quae tibi censenda est, radios quam cernis Eoös,
 Et Lunae & Solis dulce referre jubar?
Cui datur hostiles acies terrere, virorum
 Ut cum sub signis stat clypeata seges.

Sponsa.

Qui mihi florebat pomis felicibus hortum
 Invisi & vallis fertilitate pares.
Anxia disquiro num forsan vinea gemmis,
 Num vireat malus punica flore novo.
Huc ego rapta fui sine sensu, passibus aequans
 Nobilium rapidas alipedesque rotas.

Hierosolymitana.

Sacra redi, Solymea redi, vestigia virgo
 Flecte retro, reducis da celer ore frui.

Sponsa.

Dic quid in hac spe&tes? in te Solymea cohortes
 Et numerum geminae vimque phalangis habet.

C A P. VII.

Hierosolymitana.

Quam tibi formosae sunt, proles regia, plantae,

Quam mollis niveos velat aluta pedes!

Daedala compages femorum, flexuraque crurum;

Artificis simulat nobilioris opus;

Ventrus apex medius ciatho par nectare pleno est,

Quem torno polijt dextra perita levi,

Ipse refert venter tritici florentis aceryum,

Candida quem circum lilia fundit humus,

Hinnuleos mammae geminos imitantur, eburnae

Turris & in morem lactea colla nitent.

Sic oculi radiant, populosae proxima portae

Ut solet Hesibona pisseibus unda frequens.

Nasus odoriferae Libani par obtigit arcu,

Alta Damascenam quae prope cernit humum,

Vertice fers coccum, fulgent tibi murice vittae,

Rexque tuo semper figitur ipse lari,

Quam formosa milii, quam tu mellia videris!

Deliciis animum quam tuus implet amor!

Corporis electae tibi forma simillima palma est,

Multaque candidulos purpurat uva sinus.

Cara mihi, dixi, scandetur palma lacertis,

Illi amplexar brachia panda meis.

Pectora purpurei pingent dilecta racemi,

Spirabunt nires roscida mala tuae.

Nectar lingua madet, cor hoc perfundit amantis,

Dat liquor hic voces fundere moie senis.

Sponsa..

Me meus ignis habet, mens se mea mancipat illi,

Illi & nostri pectus amore calet.

Nunc ades, ô dilecte mihi, jam rura petamus,

In villis mecum, lux mea, sige latem.

Surge

Surge sub auroram; num trudat germina vitis,
Punica vel nialus, me comitante, vide.
Hic ego lassa tuo substernam brachia collo,
Iuiter & amplexus oscula pacta dabo.
En tibi mandragoris thalami sparguntur odoris,
Et cingunt nitidas florea ferta fores.
Sunt antiqua mihi, nova sunt bellaria, dulces
Quas tibi seposui sunt mihi mille dapes.

G A P VIII.

Sponsa.

O utinam fratrem favor indulisset olympi
Te mihi, laetasset mater & una duos!
Tum foris invento tibi, quae decet oscula ferrem
Blanda, nec opprobrium gentis, ut ante, forem.
Me duce, testa meae subiens geneticis, odoros
Intrabis thalamos & documenta dabis.
Hic tibi vitigenus conditus odoribus humor,
Malaque quem fundunt punica, potus erit.
Me meus accipier gremio vir, colla sinistra.
Fulciet, amplexus dextera mille dabit.
Vos ego dilectae Solymes adjuro puellae,
Ne qua tori socium suscitet ante diem.
Quae rogo, qualis erat, quae per deserta locorum.
Nixa quis humeris est tibi facta comes?
Pinus erat memini, sub qua tu tactus amore es,
Sub qua te gravis est pondere facta parens.
Insere me dextrae, quam diligis imprime cordi,
Foederis hoc nostri gester & illa notas.
Omnia vincit amor, letoque simillimus ipse est,
Nec tumulus dirae plus feritatis habet.
Illiundantes aequant incendia flaminas,
Ipsaque coelesti fulmina torta manu:
Ignibus his lymphae frustra quaerentur; amoris,
Crede mihi, nullis flamma domarur aquis.
Ridet amor gazas, ipsum quoque despicit aurum,

176 CANTICUM SALOMONIS.

Et quascunque manus parca coegit opes.
Patva soror nobis nondum matura marito est,
Et nondum teretes intramuere sinus.
Si quis erit juvenum, qui poscat jungere taedas,
Dic quibus hunc studiis, quave juvemus ope?

Sponsus.

Si mihi firma manet muri soror instar aheni,
Estque velut toto janua poste patens,
Urbs manibus fabricata meis argentea surget,
Surget odorato janua firma cedro.

Soror Sponsae.

Par ego sum muro, geminae sunt aemula turri
Ubera, quae, memini, perplacuere tibi.

Sponsus.

Ruris in aprici Salomonis vinea campo
Florer, & in numero palmita vestit humum.
Illiis est famulis custodia credita, nummos
Mille solet domino pendere quisque suo:
Mea custodem nacta est, mihi servit & uni.
Vinea, meque sua fertilitate beat.
Mille tibi Salomon tua solvit vinea, nummos
Bis centum famuli sed ramen inde metunt.
Hortorum quae septa colis, tua verba sodales
Auscultant, aures tu quoque tunde meas.

Sponsa.

Par capreis, cervisque fugam, dilecte, capesse,
Montis odoriferi culmina summa pete.

ARTURI JONSTONI

E L E G I A

A D

DAVIDEM WEDDERBURNUM

Amicum veterem.

Cernis ut obrepens mihi, Wedderburne, senecta
 Sparserit indignas per caput omne nives.
 Debole fit corpus, pulsis melioribus annis,
 Nec vigor ingenii, qui fuit ante, mihi est.
 Tempore mutato, mores mutantur & ipsi,
 Nec capior studiis, quae placuere prius.
 Ante leves risus, & erant jocularia cordi,
 Nunc me morosum difficilemque vides.
 Prona fit in rixas mens, & proclivis in iras,
 Et senio pejor cura senilis edit.
 His ego, quae possum, quaero medicamina morbis;
 Et mala, qua fas est, pellere nitor ope.
 Saepe quod exegi pridem, juvenile revolvo
 Tempus, & in mentem tu mihi saepe redis.
 Par, memini, cum noster amor se prodidit, aetas,
 Par genius nobis, ingeniumque fuit.
 Unus & ardor erat, Phoebi concordere collem,
 Inque jugo summo sistere posse pedem.
 Te prior, infirmis ego nixus in ardua pennis,
 Monstrabam, memini, qua sequerere, viam.
 Nunc comes urgebam, blandis horratibus instans,
 Et festinanti non leve calcar eram.
 Nunc animos rigidi sumebam more magistri,
 Et castigabam voce subinde moras.
 Haud aliter nati, generoso Dadalus ausu,
 Astra per, & caeli nubila, texit itet.

Sed

Sed mea Daedaleo pejor sors improba fato,
Icaria potior sors tua sorte fuit.

In sibi quaelitas penetravit Daedalus oras,
Me juga, quae petii, Phoebus adire vetat.
Icarus haustus aqua est; tu, quae me pone perebas,
Montis Apollinei culmina summa tenes.

Nobilis ingenii raptus felicibus alis
Liquisti veterem post tua terga ducem.
Sic Maro, sic Flaccus, sic vicit Naso magistrum,
Quique canit Grajo Pergama capta dolo.

Hic quoque qui magno dextram formavit Apelli,
Victus Apellea creditur ipse manu.

Clarus erat, quisquis docuit mare findere Typhium,
Et versare leves Autoimedonta rotas.

Debita sed postquam venit tyronibus aetas,
Discipulo minor est factus uterque suo.

Non tamen impatiens indulsi tristibus iris,
Nec mihi te dolui praeripiisse decus.
Absit, ut invideat juvenis Phocaeus Oresti,
Pirithoum, Theseu, vel tuus urat honos.

Absit, ut Euriali rebus macrescat opimis
Nifus, & offendat Castora fratriss opes.

Livor iners animis non est caelestibus aptus,
Nec fuit hac noster labe notatus amor.

Hunc, procul Idalio, teneris in mentibus ipse
Accedit radiis Phoebus Apollo suis.

Non procul hinc mons est, seslos quem pone jugales
Solvit in Hesperia Phoebus anhelus aqua.

Tectus erat quondam silvis, nunc praeter ericae
Gramina, nil scopulos inter & antra vides.

Hujus in aërio laetantes vertice, Phoebo
Saepe litabamus, Pierioque gregi.

Hunc ego Parnasum, juga tu Pimplaea vocabas,
Delphica nunc rupes, nunc Heliconis erat.

Saepe petebamus vicinos collibus amnes,
Qui tibi natali non procul urbe fluuit.

Hic Aganippaeam, dabat hic Permessidos undam,
Et quaeunque sonans flumina Phocis habet.

Phoebus ubique fuit, specus omnis Apollinis antrum,
Quae-

Quaelibet Ascraeum praebuit umbra nemus,
 lux ubi vel Phoebi micuit, vel sidera coeli,
 Sidera cum Phoebo dicere lusus erat.
 ere novo quoties pratorum mille colores,
 Ut potuit, numeris pinxit uterque suis?
 Exciti quoties volucrum modulamine plectra
 Sumpsimus, alternos reddidimusque sonos?
 Omnia subdeabant stimulos juvenilibus ausis,
 Quidliber ausuris omnia calcar erant.
 His ego deliciis tecum, sine faece, fruebat,
 Unaque praebebat gaudia mille dies.
 sed brevis, ah, nimium fuit, & fugitiva voluptas.
 Sic rosa vanescit, sic abit umbra levis.
 Haec sacra dum patriis tecum colo laetus in oris,
 Te simul, & patriam linquere cogor humum.
 Quas ego non terras, quae non vagus aequora pressi?
 Haec licet ingenio sint minus apta meo.
 Bis mihi trjectae vicinae nubibus Alpes,
 Tybris, & Eridani pota bis unda mihi est.
 Praebuit hospitium bis binis Gallia lustris:
 Conjugis haec titulum terra patrisque dedit.
 Me Geta, me Batavus, me vidi Cimber, & Anglus,
 Et quae Teutonico terra sub axe riget.
 Non tot Dulichius pater est erroribus actus,
 Dum pereret patrios per vada saeva lares.
 Quinta Caledoniae me rursus olympias orae
 Reddidit effoetum, dissimilemque mei.
 Numinia jam decies & ter fecere parentem,
 Pignora sex superant, caetera turba fuit.
 Bis mihi quæsivi, nec ab una gente, maritam,
 Bis conjux, bis jam me reor esse senem.
 Te quoque, qui patriæ vovisti tempora vitae,
 In patriæ video consenuisse finu.
 Scilicet haec homines sors urget, ut omnibus aequa
 Obrepat tacito curva senecta pede.
 Differri mors ipsa potest, & tetrica saepe
 Sustinet armaram Parca coacta manum.
 Hei mihi, tempus edax nullo medicamine, nulla
 Arte retardari dura senecta potest.

Nec

180 ARTURI JONSTONI ELEGIA.

Nec tamen aetati desunt solatia serae,
Quaeque senes patimur, sunt mala juncta bonis.
Quam queror, aetate in confet juvenilibus annis,
Nil juvenis, quo se pae sene jactet, habet.
Non legitur sanctus juvenum de flore Senatus;
Turba Senatotum nil nisi turba senum est.
Mos & etat, capiti juvenes assurgere cano,
Illiis & leges imperiumque pati.
Ut tuba concinuit, juvenes coguntur in hostem
Ducere: fas senibus delituisse domi.
Bella geruut juvenes, & gaudent hoste perempto:
Bella senes memorant, & memorate juvat.
Si qua puella petit, juveni quod turpe negate est,
Hos excusabunt tempora testa nive.
Vina nocent juveni: mores imitata Catonis
Se reficit sumpto sicca senecta mero.
Si vel parca manus, juveni vel tetrica frons est,
Lingua vel effraenis, nemo decete putat.
Turpe seni non est lucrum captare, nec uti
Moribus austerioris, vel sine fine loqui.
Si quid in his culpae est, crimen transfertur in annos
Et, sene laudato, sola senecta rea est.
His ego me solot capulo vicinus, ut arte
Sit levius, quod fors ferre coëgit, onus.
Aptius at nostrae tu, Wedderburne, senectae
Consulis, & quae fert dura senecta, malis.
Dum mihi te sisto, dum, quos simul egimus annos
Mente puto, mutor, nec mihi sum, quod eram
Æsona carminibus mutavit Colchis & herbis;
Hac juvenem tremulo de sene fecit ope.
Colchidis in morem, veteri tu reddis amico,
Qui pede veloci praeteriere, dies.
Tempota dum recolo tecum simul acta juventae,
Me mihi restituens, ipsa juventa redit.
Colchida tu vincis: longo molimine Colchis
Quod semel ausa fuit, tu mihi saepe facis.

F I N I S.











